510

510

XVème siècle n° 7 ~~765~~

~~II,367~~

~~16599~~

510 ~~8e~~ pièce

Echange fait en 1895 avec la Bibliothèque Nationale.

Voir à la fin du recueil.

BIBLIOTHÈQUE MAZARINE

134

Lugduni.1488.

# Epiſtole Caroli

epistolæ caroli

Intimæ adhuc

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

## Auctoris prohemium.

Cum omne ſtudiū meum per multos annos ad cōmunē oīm ſtudioſoꝝ adoleſcentum vtilitatem contuliſſem: mecum qꝫ cogitarem: quia in re maxime iis qui ornate: artificioſeqꝫ et loqui. et ſcribere exoptarent. adiumenti aliquid afferre poſſem cognoui nichil eſſe quod magis expoſcerent qui oratoris arti ſe tradidere quodqꝫ ego non ſegnius preſtare debeam ꝙ ad epiſtolas cōponēdas. in quibus vniuerſa vita verſatur imitariones has edere. Priſci etenim oratores diuini fuere. ſed inſurrexit nouū ad amicos ſcribendi genus. vt etiam neceſſe ſit aliquid noui ad iuuenum eruditionem preceptores afferre. quo priſca illa oratoꝝ diuinitas cum noſtri temporis inſtitutis & vita coniūgeretur. Credo me id quod optabam conſecutū fuiſſe. Certe ſi ſtudium adiſcentibus affuerit. ſcio non potuiſſe me rectius omnium cōmodo conſulere.

❡ In hoc opuſculo ſunt epiſtolarū cōponendarū imitationes puerorꝫ ingeniis accōmodatiſſime Louanii in gymnaſio lilii edite ac emendate a Magiſtro Carolo viruli

❡ Intimatur amico impletio ſue petitionis quo ad collectionē epiſtolarū. ꝛc.

❡ Epiſtola prima

Salutes plures ꝙ effundere poſſit hic calamus aut ferre papirus. Multis me litteris īceſſanter amice fidiſſime multaqꝫ ſemꝑ prece ꝓſequeris: vt in vnū libbellū formulas aliquas epiſtolares que ſcolaribus louanii in pedagogio lilii pro emendis pronūciari conſuerūt: ꝛ quidem correctas: tibiqꝫ mittēdas colligerē. Varimeqꝫ illas quas mutationi: cōiqꝫ ſcriptioni magis accōmodas: ac ornatu et ſenſu venuſtiores iudicarim: quo vl' epiſtolas ſtruendi vel imitandi plurima tibi ad manū ſtarent exemplaria. Et ſi vir optime rē michi factu difficilē petis: ꝓuocat tamē me amor in te meus vt tuis votis fauere velim: humanitas quoqꝫ tua vt audeā: meritaqꝫ ī me tua vt debeam. Formulas igit̄ illas abſqꝫ ordine prout caſu aliquo prius poſteri⁹: ve in manus venerint in vnū aceruū redactas atqꝫ adunguē vt aiunt caſtigatas tibi miſſas facio. Uſus em̄ ſum qua valui induſtria vt prima harū epiſtolarū dictata prout ex manu cōpoſitoris ceciderant aſſequerer exemplorꝫ gratia: non ſatis cōfiſus ſcolariū codicibus: qui oīa ſcribere conſuerūt trūcatim atqꝫ corrupte iam cōnexim iam ſeiūctim: vt nō ſatis diſtinguas: etiā ſi tibi appollo ſuū ingeniū infuderit litteras ꝛ ſyllabas q̄ quibus cohereant. Ex quib⁹ egrius ſenſuꝫ ꝙ ex limace ſanguinem extraxeris. Nichil em̄ illic ſine vitio eſt: ꝙ vbi calamus nō migrauit. Sextus iā mēſis agitur ab eo tempore quo pro te labor is implet⁹ eſt: quē magiſtri pedagogii lilii optarūt atqꝫ rogarunt ad ſcolariū etiā comoditatē collatū iri. Itaqꝫ multiplicatione plurima impreſſis iam litteris collectio hec depicta eſt: quo facilius capiant et diſcant que correctoria videbūt. Tu felix vale ꝛ quidē valentius ꝙ qui valentiſſime.

❡ Additio ad epiſtolā ꝑcedentē. per nouam epiſtolam.

❡ Epiſtola ſcd̄a

Dum lator harū fidiſſime vir ad iter ſe accīgeret tam nubiloſus turbidusqꝫ aer ſuboritur: vt mox alio ſub celo me poſitū crediderim. Quo cogitur abceſſum ſuū ad craſtinū ꝓtrahere. Quo latius ſcribendi plus michi tēporis erat ꝛ animi. Didici enim relatu nūcii obinde has ep̄lares formulas te petere: Quoniā filios duos habes grāmaticam doctos quos cupis his epiſtolis erudiri. Quo aliqua eloquentie preguſtamenta aſſequantur: vt licet forte nō certo ſapore at odore: tamē quodā ſuccenſi ad humanitatis ſtudia tandē alacrius rapiantur. In quo non paruꝫ tuam collaudo prudentiā. Nichil em̄ cenſeo in inſtitutione iuuenū vtilius eſſe ꝙ ꝙ aptis terminis: pulchris clauſulis: dulcibusqꝫ numeris: etate prima inſueſcāt: maxieqꝫ illis quarū apud priſcos ſcriptores origo eſt que ſono ſenſuqꝫ ſint fecūde: quas multas his epiſtolis inſeminatas inuenies: quas doctus facile nouerit: ad ſuaqꝫ loca remiſerit: quodcūqꝫ em̄ totiens vngue vt aiunt ſub tenero animis ſuis adiūgūt nouiſſime affigant neceſſe eſt: cū nichil ſit aſſuetudine maius: ꝛ ſi quīntiliano credim⁹ frequēs imitatio tranſit

in mores et niſi Senecā abnegemus lō-
gum eſt iter per precepta: ſed breue et
efficax ꝑ exempla. Non eniꝫ facile quis
dixerit quid virtuꝫ habeant imitatio et
applicatio: ad quas aſſequendas nichil
eque conduxit q̃ multa videre: multa
quoqꝫ viſcata manu legere. Habēt eñ
omnes clauſule que dulciter ſonant na
turam picis et viſci ſuis lectoribus ad-
heſuram. Quia tñ non vox oviuit vno
nec maior ſimilitudo animoꝝ q̃ frontiū
eſt. ſed aliis alia placent: hinc non vnꝰ
hic ſtilus obſeruabitur: cum variis au-
ribus oblectamēta queruntur: more vi
narioꝝ qui de quolibet vaſe prelibatio-
nem tradere conſuerunt: non etiam ali-
ter q̃ qui merces vendunt varias ocu-
lis coram oſtentant quo tenacius merx
vnaqueqꝫ ſuū emptorem allexerit. Sed
finem do: longus fui: caruit freno cala-
mus: tu letuis vale: q̃ apis in thymo q̃
piſcis in vndis.

¶ Rogat amicus amicū q̄ frequen-
tius ſcribat ne ꝑ nonſcriptionē a-
micicia minuatur ¶ Epl'a. iii.

¶ Immēſas penni fauore ſalutes. Ne
ſcio vnde tibi amice parcare preter ſoli
tum in ſcribendo deſidia creuit: niſi tuꝰ
ille decreuerit amor qui multos iā dies
verſus me fulſit ꝑlucidus. Cui ſi adhuc
ſcintillula ſupereſt: non ceſſabo donec
epiſtolaꝝ clamoꝝqꝫ flatu luminoſior fi
at: Clamo igitur iterū atqꝫ iterum cla-
mo: hortor: rogo: ſupplico: digneris dor
miētē calamū excitare: nec patiaris vel
diminui vel remitti noſtram amiciciaꝫ:
tam longua fide excultam: tam quoqꝫ
pulchris initiis ortaꝫ ⁊ facias me tui lo
ci nouoꝝ: tuiqꝫ ſtatus: tuis litteris cer-
tiorem. Vale: et cum ſatirico tibi opto
ſit mens ſana: in corpore ſano.

¶ Reſponſio ad epiſtolam prece-
dentem. ¶ Epl'a. iiii.

¶ Vt ſepe ad te ſcribam: nunc tuis me
litteris: nunc alienis. nūc nuncioꝝ voce
excitare nō deſiſtis. Crebras ex te litte
ras habeo: omniūqꝫ vnꝰ clamor: vnaqꝫ
hec ſententia eſt. Sollicite petis tibi in
timari: quid apud nos noui deferatur.
Vagatur apud nos varia ac multiplex
fama: neſcio quibus autoribus diſſemi-
nata: que ſpero ſuo more non nuncia ve
ri: ſed ficti vaniqꝫ vulgatrix erit. Par
ui habeo quid narret mendacii impaui
dus: paſſionūqꝫ ſequax populꝰ: qui qđ
nocte ſomnio hauſit: vel euenturum op
tat: hoc iam aſſerit eueniſſe: non facile
adducor vt credam. Nam tantam que
dicuntur ſepe ſpeciem habent veriſimi-
litudinis: q̃ tam cignus corui geſtat ef-
figiem. Nichil hic loci ſcriptu dignum
noui exſtat: nichilqꝫ aliud audio: q̃ im-
pudica mendatia magnis montibꝰ groſ
ſiora. In ꝓſperum ducat omnia deus:
letioraqꝫ faciat q̃ narrantur: qui tibi di
gnetur quietam preſtare vitā cum ſa-
lute. Raptim ex louanio auguſti prima
acta iam cena cadente lumine ſolis.

¶ Ciuis rogat curialem vt que in
curia ſecreta agātur ei reuelare
dignetur. ¶ Epl'a. v.

¶ Salueto. Certuꝫ habeo inter prima
tes curie illuſtriſſimi noſtri principis:
vbi continuo verſaris te plurimi fieri:
vt facile intelligas que nunc gerantur
quequoꝫ iam geſta ſunt: etiam atqꝫ etiā
quis rerum curſus ſit. quiſue futurus
exitus. Tu in portu omnium nouorum
nauigas. tam vere tam recēter ad te om
nia deferuntur: vt ea geri prope videas
Te igitur pro tua incredibili in me be-
niuolentia: meaqꝫ item in te pari vehe-
mentiſſime rogo: facias me oim̄ q̃ dili-
gentiſſime certiorē. Longior eſſeꝫ ſ plu
rimū baꝝ lator feſtinꝰ erat: et more im-
patiens: vt vix michi ſcribenti momen-

rū indulſerit:quo fuit neceſſe ſiſtere. Va
le letus:ſanus atq3 longeuus.

¶ R̄nſio ad precedentē. ep̄la.vi.

¶ Salutē plurimā. Non ſum neſcius viroꝝ optime:quanto labioꝝ freno vti deceat facta principū enarrantē:quātiq3 ſit piculi i his linguā laxari indulgētius:cui vir vnq̄ quiſq3 fuerit:exactā ſatis cuſtodiam adhibet ꝑ tāti periculi magnitudine. Lucet ia3 michi velut in ſpeculo videā effigies patris:cui altiſſimus adeſſe voluit ac illud ſatiricū ſemꝑ dū viueret in ore gerere:digito ꝯpeſce labellum. Noli queſo ſecretiores res ex me requirere:quas prudētiores tectiſſimas tenēt ⁊ quas attingere nō auderem Si quid inciderit quod tua interſit:certo habeas me tibi nō futurū taciturnū nec abeē te putes:me p̄ſente.ſed ſenties quid iuris habeat inter nos amicicia vetus.⁊ q̄q̄ pauculo tēpore ſtrictioris me videas. latiſſimi tamē i te cordis ſemꝑ ac ſemꝑ ꝑmanebo. Vale in eo qui facit valere

¶ Reſponſio ad aliā ſententiam.
¶ Epiſtola.vii

¶ Inter multa que a me ſedulo petiuiſti. Hoc fuit precipuū vt ſepe ſcriberem:quod multis iam datis ad te litterulis impleſſe videor.hac tua ex ſollicitudine plane ꝑpendo quē apud te amicicie gradū teneam:qui vereris:augeris eſtuas:afflictaris.⁊ dū maxime ſiles:clamat humanitas tua vbi ſim quid agam quid moliar:quod nō niſi ex amiciſſimi pectoris vberrimo fonte procedere pōt De nouis autē quid ſcribam nō habeo niſi ꝙ magna eſt apud nos belloꝝ vis: neq3 minor celeritas:quo ventum eſt ꝙ corpora iam oēs exercent ingenia nulli Nos vero pauidi ſum⁹ futuriq3 neſcii: quol3 momento aures noſtras inuoluāt mendacia mille vanis hominū conflāta fabellis:que mox pereunt leuitate ſui. Dignetur rector ethereus nos protegere:vt qui viribus noſtris ſtare nō poſſumus.illius miſericordia conſeruemur. Valeto longior fui:vt ſcribendi raritatem ꝓlixitate compenſarē. Rurſū vale.

¶ Excuſat ſe amicus ꝙ raro ſcribat intermiſcēs pauca de habitudine ſui ſtatus. Epiſtola.viii

¶ Scripſiſſem frequentius cariſſime vir ad te de ſingulis:niſi varie occupa°nes animū meum in alia diuerſa rapuiſſent. Etſi interdum quid ocii nactus fueram:non aderat tamē nūcius. Sed nūc iſto cu3 oportuno latore:te ſcire exopto me variis īuolui miſeriis:multiſq3 curis implicari: vt quid acturus ſim: que cōſilia ſecuturus:incerte me res incertū faciant. Si tibi animi mei anxias curas quas dira tempoꝝ calamitas pepit ſcribere conabor: nō erit hec mea epiſtola: vel modum vel finem habitura. Planius ad ea que me pungūt puncta deſcēderem:niſi quiddam ſecretum obſtaret: qō nūc preſtiterit ſiluiſſe. Decreui hec oīa in tēpus reliquū ꝓtrahēda donec alterno perfrui colloquio dabitur. Interea vale:ſuperiſq3 cariſſimus eſto

¶ Conſulit amic⁹ amico ne i patriā redeat belli furore turbatam ¶ Epiſtola ix

¶ Cariſſime frater. Neſcio quo rumore ſignificatū michi eſt:ꝙ ex vrbe ad nos q̄ꝓximū deſcendere paras. Frater ſi michi credas:⁊ te ad iter nūdum accinxeris:tuū reditum ad yemē vſq3 protrahes:donec paruper nacti fuerimus tēporis maiore3 clementiā Nam apd nos vndiq3 multa ſurgunt maloꝝ initia et horrēda ſemina belli:vt vix vſq̄ ſine lapſu pedem figas Et q̄tum ego hanc rerum ſeriem perſpicio:attentiuſq3 mecū ſingula voluo: habebit meo iudicio fe⸗

lix qui poterit: inter tanta belloꝝ incendia abſq; omni prorſus leſione abire. Caue conſulo: qui honeſta abſentia tutiſſimus es: ne pre feſtino reditu i piculā prolabaris. Uale longa die: ꝛ voto felici. Ex louanio iulii ſexta tarde: dū ſera traherent crepuſcula noctem.

¶ Intima° nouoꝝ ciſalpini ſup diritate belloꝝ ad amicū i italia ꝑmorantē. ¶ Epl'a decima.

¶ Plurimas iocundo corde ſalutes. Cariſſime frater: noſtra patria bellis ſe grauibus attenuat. quaſſatur motibus inteſtinis: ꝛ ardet iam propriis flāmis: que diu trepidauit tanq̄ dubia videret in quam partem eſſ; caſura: iam ſupīa iacet nec video quo ſe erigere poſſit. Que ꝛſi forſan aliquādo in cubitū erecta ſpeciem ſurgentis pre ſe ferre videatur: mox nō niſi ſuoꝝ manibus impulſa relabitur. Nec video quid reſtet: niſi vt que magna gloria floruit: miſera ſeruitute ſeneſcat. Nuſq̄ viatoribus tutus ē tranſitus tota regio obſeſſa eſt latrūculis. Fac igitur conſulo: quod nonnulla animalia ſolent ſordes timentia que vbi cauernulis egreſſa locum ceno obſitum vident pedem retrahunt: ꝛ intra latibulum ſuū ſe rurſus receptant. Mane igr̄ vbi es: eo felicior quo remotior vbi gaudeas vbi nullo turbante quieſcas. Uale in eo qui mare: qui terras: qui ſydera fecit.

¶ Reſponſio amici in italia ꝑmorantis ad ciſalpinū. ¶ Epl'a .xi

¶ Salutes feliciū votoꝝ datrices. Si oīs calamitates quas vndiq; in italia vidi ſcribere pergo: citius carebo verbis q̄ rebus priuſq̄ tempore q̄ animo. Caſtra vndiq; equites vomūt: ſtrepunt arma concrepant tube. Et vt auguſtini verbum eſt ferree. Tunice viroꝝ fortiū membra conſtringunt. Intenſus gerit arcus: nudus enſis: ꝛ haſta erecta. Sacra ſpoliantur polluūtur ꝛ prophanantur. maleficioꝝ eñ licentia cadunt vniuerſa in predam. Nichil miſeris relinquitur agricolis: quo vitam trahere: terram colere: cōiuges aut liberos educare poſſint. iam video quid noceat bellorū tumultus: ꝛ agitans diſcordia ciues. Si fortem patriarum luctus ꝛ ſqualorem cerneres: vaſtitates ꝛ clades quibus premitur pauper popellus: iam lucem odiſſes: mortem optares: clamares q; illud poeticum. Jam ſatis eſt ſuperi veſtro ꝙ numine viri. Parcito queſo: iuuat de temporis iactura conqueri: et cordis anguſtias denudare. Succurrat ille qui nouit planare ſublimia: ꝛ altius eleuare proſtrata. Uale in eo qui dat eſcam omni carni

¶ Rurſus ciſalpinus reſcribit ad amicum ytalū: mala malis cōparando ¶ Epl'a .xii

¶ Amiciciam ſupra q̄ ſcribi poteſt pro ſalute. Ubi ytalie crudelia bella narraſti: que multis maloꝝ aculeis oppreſſa iacet vbi tuo tranſitu flammiferas vndiq; faces volitare vidiſti: vt multa iam oppida in cinerem ꝛ fauillam redacta ſint. Minora tamen omīa ſunt: ſi ea ad patriam noſtram acerbis cladibus plenam comparabis: que iam ita deperiit: vt ne domūcula ſalua permanſerit. Cuius ſi incenſas villas cerneres: caſtra diruta: ſanguinē per riuos fluere: cadauera ceſoꝝ in campis cōſtrata: feminiuos pleroſq; fame tabeſcere: crudeli ſupplicio animas exalare: audireſq; vt audio cuncta querelis gemitu vlulatuq; perſonare: clamares concuſſo pectore: tenſiſq; ad ethera palmis. Felix ꝛ nimiū ſua morte felix: qui ante has erumnas e lu-

ce exceſſit:nec tantos videre dolores lõgiori vita coactus eſt. Vale:felicēq3 te faciat pia cura tonantis.

¶ Victoriam intimat ⁊ modū cū pluribus malis belloꝝ conditionibus. ¶ Epiſtola.xiii.

¶ Seruitium promptiſſime ad q̄q3 placita pro ſalute. Forſan ab aliis audiuiſti ſpectabilis domīe:quod ad te iā ſcribere pergo:forſanq3 hanc epiſtolam velox fama ſua celeritate ad aures tuas preuenit:nūcius has deferens eo tibi relator certior erit:quo omnia oculis vidit. O crudeles qui bella gerunt:qui in amica patria:ſcamna:menſas:ſedilia exurunt. Vidit nūcius is domos innumeras demoliri:trabes deiicere: tigilla detrahere:tegmina cōuellere:tegulas confringere:⁊ quod oīm impiiſſimū eſt:matronarū lectos gladiis diruere:plumasq3 in ventos ſpargere:virginū oppreſſiones adulteriaq3 committere:loca ſacra ſpoliare:⁊ grauiora que pudicus calamus exhorret depingere. Eo tamen deuētum eſt vt nūq̄ fuerim:q̄ hodie de patria bene ſperandi erectior. Victoriam eñ plenam habemus: qui potius alioꝝ imbecillitate:q̄ noſtra virtute triūphamus. Multi in bello ceciderunt ⁊ ex periculo peſſimi oīmq3 euaſerunt. Siue quia ſeruat multos fortuna nocentes (vt inquit Lucanus) Siue quia diis aliter viſum eſt (vt ait Virgilius) Siue vt intelligi detur illos inter mortis pericula tutiores:quibus vilior vita eſt (vt ait petrarcha) Vale in eo qui cūcta poteſt rege dominantum.

¶ Scribit magiſter vt completo iam artium curſu:libros legum pater pro filio emat. Epl'a.xiiii.

¶ Filius tuus generoſe indolis adoleſcens ornatiſſime vir curſum in artibus adimpleuit:cui acre ingenium ⁊ multiplex eſt: inuentionis quoq3 magna vis ac nobilis impetus:memoriam certe capacem habet:⁊ quod optimū eſt tenacē quo eum ſacratiſſimarū legum aptiſſimum iudico auditorem. Tu igitur niſi conſilium ſpreueris meum:ſibi de corpore legum q̄primum prouidebis:quarū ſtudiis plurimum incūbere optat. Tuū iam eſt emptione libroꝝ augere conatū ſponte fluentem:ad quem etiam excitare deberes renitentem. Vale:ex louanio octobris decima velocius euro:dū nox tulerat ſilentia terris.

¶ Epiſtola ſcolarem patri cōmendans:idēq3 vt ſupra petens. ¶ Epiſtola.xv.

¶ Libros ariſtotelis pro gradu artium legi ſolitos:tu⁹ filius amice dilecte plene didicit:quoꝝ tenorem ita habet memoriter:vt ſingula recitet quaſi ſub oculis liber eſſet. Splendidū ſibi ingenium eſt:conceptus velox:memoria ſeruans. Atq3 vt breui dixero:plurima hab3 nature pulcerrima dona legib⁹ apta: qb⁹ ſe ī hoc nouo ordīario diſcipulū dabit me ꝯſulente. ꝑſertim ſi ſibi de corpore legū dignaberis ꝓuidere:qđ meo iudicio omittere nō poteris: tua prudētia ꝯſeruata. Vale: ⁊ veteres nrōs in longum trahe fauores.

¶ Idem cum prioribus petens. ¶ Epiſtola.xvi.

¶ Filius tuus honorande p̄ceptor ſolida ſibi litterarū fundamenta cōiecit:vt pro vberiori ingenio ſpem ſui faciat:ꝙ preſtantiam ſingularem in diſcendis legibus cōſecuturus videatur. ſi corp⁹ legum ſibi donando ingenii cultum accendas. Tempus eſt ꝙ altiorē facultatem adeat: creuit in annos: fluunt dies et

irreparabile tempus decurrit: veloxq; 
in terga revoluitur annus. Tanti inge/
nii eſt: vt que ſub magiſtro ſcripſit: nūꝗ
relegit: edidicerit illa cum ſcripſit. Diu
eum ſub freno tenuiſti: verit⁹ ſi ei libe/
rior pes concederetur: ꝙ petulantē eta/
tis ſue vigorem: non facile a voluptatū
ſeruaret in curſu. Sed donec ille timor
prorſus ceciderit: expectare nō poteris.
Nunꝗ nauigabit per equora qui ſemp
expectat ne mare ſe ꝯcitet ī ꝓcellā: Va
le: optata leta fauſtataq; valitudine.

¶ Reſponſio patris ad magiſtrū
cum quadam facetia ſubriſoria
¶ Epiſtola.xvii.

¶ Quanti fecerim ſemper conſilia tua
cariſſime vir: plurimi norūt: quib⁹ etiā
ꝗtū tribuerim: paruerimq;: tuipſe ꝑfec
to non ignoras. Sed nunc vbi pro filio
meo: quem tardum: quem deſidem no/
ſco: qui multum habet in capite plum/
bum: libros legum emi conſulis. tā mi
chi inconſulte in aures cecidit: vt tua
pace dixerim tuum conſilium eſt ac ſi di
ceres: emas talpe ſpeculū: boui alas: et
aſello: cytharā. Pridie ad me litteras
dedit: quibus nō erat ſillaba ſillabe: nec
vox voci congrue iuncta. Mirum quo
fuerit tunc illud candidum ingeniū ve/
lamine tectū: vbi tunc tuis litteris vtar
conceptus velox: vbi memoria ſeruans
Priuſꝗ ab hac dies aderit ſeptimus.
preſens tibi fuero de eo aliter diſpoſitu/
rus: fauente opifice ſūmo: qui te digne/
tur feliciſſimum conſeruare. Ex gada/
uo mane dum iam ceſſarūt perfecto ſo/
le tenebre.

¶ Reſponſio in idem tendens:
¶ Epiſtola.xviii.

¶ Beniuolum obſequium loco ſalutis
Scias me amice ad cor vſq; dilecte: e/
piſtola tua perlecta: riſum cohibere ne
quiuiſſe. Noui enim filii mei ingenium
ſuumq; cerebellum bonis artibus pror
ſus ineptum: cui nichil inculcari poteſt
quem vbi diſertum magnis ſudoribus
deſcripſiſti: nil aliud michi dicere vide/
baris: ac ſuē nitidam: teſtudinem velo/
cem: ⁊ coruū candidū appellaſſes. He
ri ad me litteras dedit tam ineptas: vt
eas nemo: vel ignotus abſq; alto cachi
no legere poſſet: quarū inſpectio (vt ve/
rum fatear) michi dolorē peperit: ⁊ fu/
rorem. nec michi animus minus indo/
luit: ꝗ exarſit potuiſſet tutius ſi ſapuiſ
ſet ſilentio: ſuam ignorantiam velauiſſe
quo ſibiipſi minus vitii: et michi dolo/
ris minus conflauiſſet. Qui eum doce/
re contendit: nil aliud agit: ꝗ ſi ceco co
lores: ⁊ ſurdo ſonos ingerat. Vale pro/
peq; diē me expecta: interea quoq; me
infra tuum cor firmare digneris.

¶ Epiſtola reſpōſiua idem ſonās
¶ Epiſtola.xix.

¶ Salutes ad aſtra vſq; ferentes. Dū
michi oblatas litteras tuas amice colē
diſſime intercenandum perlegerem: mł/
tus michi subortus eſt riſus: quem vix
manibus: mappaq; reprimerē. Non ſe
cus conſilium tuum aures meas perſo/
nuit: ꝗ diceres emas molari plumas: vt
volitet. Quid queſo legibus incumbe/
ret: qui nundum pueriles illas regulas
primis: vel labiis deguſtaſſe videatur.
Qui vix nomē a verbo ſe cerneret. Cre
do vix noſcat quot digitos manib⁹ ha/
beat. Quibus potius velim caudā ara
tri ducat: ꝗ legum volumina voluat: q
voluendo terendoq; prius oīs deleue/
rit leges: ꝗ vnicā intellexerit. Vale va/
lentius ꝗ qui feliciſſime.

¶ Epiſtola excuſatiua prioꝝ miſſo
num de non imputando magr̃o
ꝙ filius male didicerit: ¶ Ep̃la.xx.

¶ Felicitatem ſine cariturā loco ſa/
lutis. Ignoſce queſo venerande magi/

ſter ſi hactenus me ſcribendi calor eue-
rit. Scio in docendo puero: vt in ſeren
do agro tria requiri. Vt terra ſit ferti-
lis: apta ſemina: peritus agricola. Com
ptum habeo q ex ingenii vitio: nō mgri
non doctrine: indoctus remāſit. Quod
et ſi male me habeat: q2 tamem nō eſt a
tergo conſilium: michi ſupereſt: q̄ꝫ q lu
dum meum: vt aiunt ꝓ ioco teneam: ꝓ
ſpecturus vt remiſſio preteriti intenſiōe
futuri compenſetur. Volo igitur redi-
ſcat q̄ didicit: Poſt malam ſegetē etiaꝫ
ſerendum eſt. Sepe quod vniꝰ anni ſte
rilitas abſtulit: alteriꝰ anni vbertas do
nauit. Magis vellē ſi poſſem filios me
os ſcire: q̄ꝫ diuitiarum locupletes relin-
quere. Ad quod mecum enitere et bene
vale.

¶ Intimat pater magiſtro ne fi-
lium ſtudio legum incumbere
permittat. ¶ Ep̄la. xxi.

¶ Salutes equātes maris arenas. No
lo ſincere preceptor q adhuc legibus fi
lius meus incumbat: donec ex fontibus
artium: quibus laborem ingeniūq3 accō
modat: qđ ſatis erit hauſerit: in quibus
dum ſatis ꝓfecerit: tunc ceteris ſtudiis
operaꝫ dabit: Non michi deſunt qui cō
ſulant: vt artes non deſerat: ac iuris ci
uilis inſtitutionibus interdū ſe tradat:
prout quidam ſui ſodales faciūt. cui cō
ſilio non poſſum aſſentire: ne filio eueni
at quod euenire ſolet in anguſto multa
ſerentibus: vt impediant ſe ſata concur
ſu. Licet enim ſui equales pluribus ſci
entiis vno tempore inſudent: nō tñ illis
inferior erit ſi vnam bene didicerit. Nō
vno impetu oīa diſcēda ſunt: laudatur
pluuia que ſenſim deſcendit in terram
Vale ſanus: eantq3 tibi felicibꝰ omnia
fatis.

¶ Reſponſio ad idē cū prioribus
¶ Epiſtola. xxii.

¶ Salute premiſſa quā tibi adeſſe lar-
giter opto. Eas quas ad me litteras fi-
lius meus pridie miſit amice cariſſime:
ſui ſtudii: ſuiq3 ingenii fideles: teſtes ti-
bi tranſmitto. Vbi non ſillabam vide-
bis errore carentem: hic hic videbis eru
ditū iuuenem vix dum primis elemen-
tis imbutum. Videbis quoq3 illam ꝓ-
clari ingenii lucem: quam prope diuinā
tuis litteris extuliſti. Vbi tu varios na
ture ſplendores ſibi adeſſe arbitraris:
quos propter: ſic laudibus eū leuare vi
deris: quaſi rediret exſuſcitatus. Socra
tes ac ꝓdiret in aciem nouus Achilles
omnibus prioribus omnem ſplendoreꝫ
nominis et fame directurus. Ego exad
uerſo cum excuſo qui vere famaꝫ ſuaꝫ
Virgilio non eripiet verum in euꝫ hec
omia iuſtiſſime cadere ſcio: aſinꝰ: ſtipes:
truncus: molaris. Non tam ouis lupuꝫ
q̄ꝫ ipſe librū aut odit aut metuit. Nūq̄ꝫ
ꝯtempti libri: nō vnq̄ꝫ ſprete littere: fra-
ctum ſpnentibus contulerūt: Quod āt
legibus ſtudere deſiderat: non vtiq3 le-
ges ſꝫ libertates et ocia querit. Cui nō
ꝓfectus ſed declinādi laboris precipua
cura eſt. Breui reuocabitur ad opꝰ me
chanicum diſponendus. Non ſecus va
le q̄ꝫ tibi amiciſſimus optat. Has litte-
ras nō aliud poſt te q̄ꝫ ignis videat: om
ninoq3 careant lectore ſecundo.

¶ Ad idē ſub alio modo tēdens.
¶ Epiſtola. xxiii.

¶ Animū ad placita patum ꝓ ſalute.
Neſcio vir optime quo nam rōnis mor
bo laboras: qui tuis litteris vſq3 adeo
filii mei euehis ingeniū: quaſi magni cu
iuſdam viri futuri ſpecimē pre ſe ferret
Quod potiꝰ meo iudicio pre ſe fert du
rū et rudē aſellū. In gramatice eñ pri
cipiis atq3 puerilibus radicibꝰ tenuiter
nimiū eſt inſtructus. Volo illū in gram
matica manere et cum etate ꝓcoqui ac

matureſcere. Ne ſi ante tp̄e exeat:pomo
rū more que immatura ramis decrepi-
tur aſperior euaſerit. Non volando:ſ3
ſenſim aſcendendo dicit̄. Nichil me mo
uet ꝙ ſui ſocii iam legibus ſtudent. Nō
volo filii mei ſcillaȝ illoꝝ flumini: nec
eius vmbram illoꝝ lumini comparare.
Quiſꝗ non alioꝝ eſt ingenii ſ:ſed ſuis viri
bus eſtimandus. Vale letus et fauſtus
optatoq3 voto fruare.

¶ Scribit amicus amico i curia
principis moranti ne tarilloꝝ
ludis incubat. ¶ Ep̄la. xxiiii

¶ Plurime ſalutis diuitias inumeras
Non expreſſero facille cariſſime frater
q̄ta me ceperit admiratio:ꝙ tanto tp̄is
fluxu:litterarum ad me dederis nichil.
Sed audio te:quod triſti calamo ſcri-
bo tarilloꝝ quotidie ludis implicari et
ꝙ hinc tua ſcribēdi venerit intermiſſio
quo non minus miratus ſum ac dolui.
Nam in alearum ludo: q potius furor
q̄ ludus eſt nūq̄ virtus fuit.nūq̄ decor
moꝝ manſit:nec verbi modeſtia:nec in
eo quicq̄ preter ludentiū vultus huma
num eſt. Nec illud ego probarem qđ di
cere poſſes:te maiores imitari et ſenio
res . Nam omne tunc vitium peius eſt:
cui auctorum pondꝰ vel annorum āne
ctitur. Non erroreȝ altitudo peccantiū
culpāq3 minuit ſed adauget. Ceſſabis
igit̄:ſi ſapis:vel virtutis amore:vel cura
pudoris. Nam oīe lucrū damni exordi
um eſt:diripiēt mille qđ lucraris:ſ3 qđ
perdis reſtituet nemo. Tarillus nūq̄ ti
bi applaudet:niſi vt doloſius fallat. Et
certe quo magis alludit atq3 blandit̄:
eo tandem nocebit acerbiꝰ. Scis ꝙ mlͭ
ti te coluīt et faciunt plurimi.ſed qͦ ma-
gis apud illos vales autoritate ⁊ gratia
eo magis tibi cauendum eſt:ne qđ ma-
li inuidia tibi pariat. Scis etiam ex ad-
uerſo:ꝙ non oīs tibi fauent quos cu-
ria nutrit:et ſatis noſti q̄ mundas ma-
nus geſtare dȝ:qui habet aduerſarios.
Omnino igitur his ludis abſtinendū ē
cariſſime frater:ſi rei tue velis ſalubri-
ter eſſe conſultum ne inimicis paraue-
ris quo gaudeant:amiciſq3 quo doleāt
Parce tn̄ ſi forte verboſus nimis ⁊ au
dax fuerim.nam vis amoris me coegit:
vt hec audentius ſcriberem. Sed hec q̄
dixi omnia pro tua ſingulari prudentia
in bonam partem accipies. Ceterum et
hec et alia pleraq3 omnia prope diē la-
tius vna ꝯmentabimur. Interea me vt
tuo vtere:et bene vale:

¶ Reſponſio ad precedentem
¶ Epiſtola.xxv.

¶ Centenas ſalutes milies repetitas.
Litteras ſemper tuas amantiſſime fra
ter video libenter:lego libentius:q̄ mi-
chi ſp̄ gratiſſime fuerūt:et iā q̄ an̄ gra-
tiores. Nam pre ſe ferunt perſpicuum:
inditium ſingularis beniuolentie: erga
me tue. Quibus non fraterne minus q̄
eloquenter oñdis dedecus quodaȝ in fa
mam meam caſurum eſſe:niſi a me ab-
iecero ludi conſuetudinem. Facile fra-
ter tuis monitis acquieſcaȝ:qui nondū
monitus iam omnem ludum execratus
fuerim. Leuaui igitur te atq3 preueni:
ne longuo dolore torquearis:⁊ vt oīs ti
bi in futurū timor abſit:certo polliceor:
me nunq̄ fore tarillis vſurū: neq3 illis
vnq̄ plus tributurum q̄ virtuti. Fidas
michi :dum fidem meam vadam cōſti-
tuo:nunq̄ ſplendori tāti nomis iniuriaſ
egero. Docuit me cicero fidem ex eo di
ctaȝ:qm̄ fiat qđ dicit̄. Finem facio: igno
ſcas rogo breuitati.nam nūtii velox ab
itio:non eſt paſſa vt tecum longior eſſeȝ
perſuadeq3 tibi nichil me magis velle
q̄ tibi me obſequentiſſimū eſſe. Fauſtꝰ
viuas ſicq3 in chriſto valeas:vt que ti-
bi placeant:ſolum facias cupiaſq3

¶ Studens ſtudēti vt libꝛos ei ac cōmodet. ¶ Epl'a.xxvi.

Plurimū forte miraberis venerabilis dn̄e qua fiducia fretus te precibus meis aggredi preſumpſerim:cum nichil placiti per me tibi impenſum memoꝛoꝛ quo merito poſſem mutue a te beniuolentie viciſſitudinem repoſcere. Hanc plane fiduciam de te michi mãſueti tui moꝛes preſtant:tuaqꝫ ſepe audita p̄ſtat benignitas:ad vltimū quoqꝫ regionis originiſqꝫ cōiunctio. Multa ꝓfecto duꝫ oculos aperio amiciciarum inter nos icitamenta ꝓſpicio:que vt nobiſcum creſcant et roboꝛa ſumant firmioꝛa:te intime rogo ne dedigneris prioꝛibꝰ tuis meritis me tibi abſtrictū reddere:qui priꝰ oneri eſſe cogoꝛ ꝙ̄ ſeruitio potueri. Tu tua bōitate michi ignoſces:ꝙ ad te priꝰ rogans ꝙ̄ meritus acceſſero:nec tibi ꝑmittas foꝛe moleſtum:ꝙ meritis et virtutibꝰ an̄cedas:quo nichil foꝛe pulchrius Seneca putat. Habes macrobiū in ſaturnalibus:habes etiam:vt audio donatum ſuper therētio quos libꝛos ſi michi cōcedere nō recuſaueris magno me merito tibi ꝓſtrinxeris:ex memoꝛia donec viuam nō caſuro:eoſqꝫ ante trimeſtre reſtituere fide bōa polliceoꝛ: quid ē illeſos rupturis:⁊ maculis n̄ labefactatos. Vale ⁊ ſi quid me velis p̄cipe:q̄ moꝛ deſideriis tuis daturꝰ fuero:manꝰ pectus:et aures

¶ Reſponſio ad p̄cedentes ¶ Epiſtola.xxvii.

Incredibili quodam affectꝰ ſū gaudio colēde p̄ceptoꝛ dn̄ tuas michi dulciſſimas litteras harū latoꝛ rediddiſſet. Opto felicibus auſpiciis nr̄m amoꝛem inchoari augeri et trahi in dies ꝙ̄ longiſſimos. Nichil igit̄ moꝛatus inſpectiſ tuis litteris:petitos tibi libꝛos eodē tuo cū nūcio mitto:maioꝛa facturus dū expoſces. Nam cōceſſionem libꝛoꝝ nichil pendo:quam bono viro nunꝙ̄ vel incognito abnegaui.ꝙ̄ primū hoc aio libꝛoſ ceperim poſſidere:vt illos abditos concluſoſqꝫ teneā:velim lacerētur:et pereant:edax quoqꝫ ignis eos in cineres vertat. Odi illū quiſquis eſt tanꝙ̄ vltime fecis virū qui libꝛos eouſqꝫ vel celat ꝉ abnegat. vt ſoli ſibi eos ad oſtentationem et gliam ſeruat cū damno et libꝛorum ⁊ poſtulantis:et cū graui ipſius poſteritatis et auctoꝛum iniuria:qui luculentiſſimos ſuos libꝛos multo laboꝛe editos transmiſerunt in poſteros:qui ſi libero greſſu in publicū nō occultati ambulaſſent:latterent adhuc infiniti in tenebris ꝑlapſi libꝛi: quoꝛū iam monimēta niſi celum intereat:perire nō poſſent. Vale felix teqꝫ in euum ſeruare dignetur creatoꝛ aſtroꝛum.

¶ Deplãgitur fratris mr̄imoniuꝫ. ¶ Epiſtola.xxviii.

Maximas intenſas plurimaſqꝫ ſalutes. Cogoꝛ ego iã tibi coꝛdialis amice q̄dam qꝺ me angit et vrit ſignificare. Amauit miſer:perdite: afflictimqꝫ frater meus natu ſenioꝛ paupculaꝫ puellã foꝛma fulgentē.non ſic moꝛibꝰ et aīmo:qui tandem vt libidinis cupiditatē expleret cū id aliter non poſſet ſuam illi fidē ſeſeqꝫ ꝯiugem dedit. Qui caro:heus nimiū caro emit parui momētuli voluptatem:eandem iã multis doloꝛibus recōpenſans:cui iaꝫ oīs vita ſuppliciū eſt. Tãto enī ia miſerabilius ſit viuere incipiūt:ꝙ̄to abinuicē minꝰ liceat ſeparari Quid enī triſtiꝰ ē ꝙ̄ hos ſemꝑ iugi dēre q̄ animo ꝯuenire nō poſſūt. Quid quoꝫ duriꝰ ꝙ̄ nūꝙ̄ diſcoꝛdeꝫ ſociū:vel vt rectiꝰ hoſtē dicã:hēre ſeꝑatiꝫ. Erat ꝓfecto frat̄ meꝰ ad alia natꝰ:quē natura dū eū in lucē ꝓduxit:lōge a p̄clarioꝛa cogitauit ꝙ̄ ꝙ ſeſe infauſtis nuptiis tã miſere inecteret:et ſeipſū (vt aiūt) tã ꝑdite vltra ſepē ꝓiicereꝫ:cui vxoꝛ vt clare q̄ſi i ſpecu

lo video nil boni nilq3 placiti factura ē niſi vt cū ipſa moriat̄. Vale deus ſcit q̄ triſte q̄quoq3 raptim hec ſcripſi: qui te conſeruet.

¶ Reſponſio cōſolatoria ad precedentem. ¶ Epiſtola. xxix.

¶ Salutes ſupraq3 ſcribi poſſet letiores. Rogo atq3 obteſtor amice cariſſime ꝙ eius rei dolorem exuas: que iam emēdari nō poteſt. Nā ſuperi oīs ⁊ ſi omīa ꝯſilia ſua in vnū cōgeſſerint: nō efficient ꝙ iam factū ſit infectū. Nichil in iuuentute cadit ipſo amore delirius: nichil ceciius: nichil ꝑiculo plenius. Errat omīs amans: atq3 nil recte efficit. ⁊ ſe ⁊ omīa neſcit. Eris forte mente ſedatior: ſi aliorū caſus inſpexeris: multos perdidit amor: variiſq3 angoribus afflixit. Pluris deplāgo ꝙ frater tuus vir maioris ingenii q̄ fortune vxorem perditiſſimā: q̄ ꝙ pauperē nactus ſit facile ſua induſtria facultates adauxerit. ſed certe facilius mille pulicū legiones in ſole iacentes: ne ſe moueant refrenaret q̄ vxorem vnicā: ſi mala ſit a cōſuetudine deflecteret. cū nulla fere res adeo parua ſit: qua nō mala vxor cū marito mox litem mouerit aut bellū: ſed dolorem queſo: non ſpem deieceris. Sepe viſa ſūt dura initia in molles ⁊ gratos: exitus produxiſſe. Letusq3 viuas ⁊ firma valitudine potiare.

¶ Scolaris ſcribit ad patrē vt ꝓ determinātiis ei denarios mittat ¶ Epiſtola. xxx.

¶ Subiectionē humilimā loco ſalutis. Oīs mei ſocii metuēdiſſime pater: vnico pene m̄ relicto determinātiarū gradū adepti ſunt: vel iam breui adepturi. Ne igitur a vobis rebus in meis iudicer q̄ par ſit negligētior: vel parti me non vſq3 ſatis fidere: ſed videar more aſelli paleſtram in ſcolaſtico cōflictu diffugere: et forte vereri ne honorifice tandē gradū magiſterii cū ſociis meis aſſequi poſſem Ad veſtram benignitatē ꝯfugiſſe decreui: humilima prece rogando vt pro hoc gradu michi veſtrum aſſenſum: ⁊ denarios pie dignemini elargiri: ne ſociis meis aſſequi poſſem. Ad veſtram benignitatē confugiſſe decreui: humilima prece rogādo vt pro hoc gradu michi veſtrū aſſenſum: ⁊ denarios pie dignemini elargiri: ne ſociis meis quos plurimos etate preuenio: ordine fiam poſterior: atq3 pꝰ eoꝝ terga relinquar. Id bona fide polliceor daturū me operam: ne plus annis q̄ ſcientiis creſcam: q̄q3 pecuniā labore redimam ⁊ tempus diligentia. Valete in eo qui omīa ſoſpitat.

¶ Reſponſio patris ſuper filii petitione. ¶ Epl'a. xxxi.

¶ Fili: ꝙ ad gradū tanto deſiderio aſpiras gaudeo. inditium id michi eſſe videtur animi volentis atq3 fidentis: ſatiſq3 ſibi de ſeipſo conſcii ad quoq3 honeſtā laudē erecti. Acquieſcēs igit̄ tibi altiora conanti: honeſta petenti: pecuniā ꝓ determinātiis requiſitā mitto. idē expecta in ceteris: que ex me iuſta honeſtaq3 prece poſtulabis: ea tn̄ lege ſi interī ꝓce virtuoſe: laborioſeq3 vixeris. ſed ſecus ſi feceris: ſecus habebis. Vale: illiꝰ ſemper ſidonii memor quē virtꝰ extollit: habet quod preferat auro.

¶ Scribit ſcolaris ad ſuū priorem magiſtrū vt patrē inducat ꝙ eū determiāri ꝑmittat ¶ Epl'a xxxii.

¶ Humilitatē: ſubiectionē: ſeruitiūq3 debitū ꝓ ſalute. Lōgo iā tpīs curſu ꝯpertum habui magiſter mi pre cūctis mortalibus honorande veſtra conſilia meorum parentū aures perdulciter ſubire: quos vel in his que directionem meam reſpiciunt: poterit etiam tenuiſſima admonitio veſtra efficaciter inclinare.

Diu etiam noui affectionem in me ve-
ſtram longa cõſtantia cõfirmataꝫ. Hic
michi fiducia ſurgit: vt ad ſinum beni-
uolentie vr̃e cõuolẽ: in ipſumqꝫ ſuppli-
ces preces effundaꝫ. Inſtant iam louã-
nii determinantiarꝫ tp̃a: quibus multi le-
ctionis mee conſodales pro graduũꝫ in
artibus quodam prohemio determinã-
tes fiunt. Parentes mei huius rei nec
mores: nec formas: nec quid proſit ſatis
cognoſcunt. Rogo igitur vos magiſter
optime dignemini parentes meos cariſ-
ſimos vt ad gradum in artibus ſuſcipi-
endum me ſubleuent inducere: eiſqꝫ eo-
rum oculis coram ponendo: quid is ha-
bitus ꝓderit. et quid noceret forte neg-
lectus: ꝙqꝫ tp̃a iam aſſunt ꝗ nũꝙ̃ huic
rei apta reditura ſint ⁊ ꝙ rariſſime ĩ hꝰ
caſu fit: quod in curſu ⁊ idoneo tp̃e nõ
fit. Hic induſtria veſtra parentibus oc-
currendũ eſt: quid dilationibꝰ gaudent.
oĩaqꝫ in craſtinũ ducũt. Nõ equis ocu-
lis aſpicere potero ſocios meos antece-
dere me premiis ⁊ honoribus: quos in-
defeſſa diligentia nitor ſcientiis preue-
nire. Nam donec viuam turpe ducero
cedere pari: pulchrũqꝫ viciſſe maiores
Vos igitur magiſter colẽdiſſime ad ſu-
perſtructionem erectionemqꝫ meã intẽ-
dite: q in me fideliſſimo niſſu prima lit-
terarũ cõiecistis fundamẽta: vt virtus
que a vobis incepit: cepta non decidat:
ſed quod per vos ortum eſt: per vos ſu-
mat incrementũꝫ. Habebitis me donec
viuam ꝓ veſtra ſalute ad deũ qui oĩs
eſt deuotiſſimũ oratorem: qui vobis tri-
buere dignet̃ q̃d vobis noſcit ſalutare.

¶ Reſponſio magiſtri ad epiſtolaꝫ
priorẽꝫ ¶ Ep̃la. xxxiii

¶ Quia tua petitio ſtudioſiſſime ado-
leſcens honore fuit rõneqꝫ plena: mox
illi volens parui: nec egui monitore ſe-
cundo: facturus pro te plura ſi pari in-
ſtitia poſcas. Patri tuo ordine longo
conſilia dedi: non tuis votis diſſona: q̃
eum non modo tetigerunt in cortice: ſꝫ
oſſa penetrarunt: incidentqꝫ medullis:
quibꝰ facile quod poſtulas aſſequaris
Verbis equare nõ valeo q̃ꝫ gaudeat pa-
ter: te gradũ ardenter expetere. tuoſqꝫ
ſocios generoſo quodam conatu velle
ſcientiis et gradibus ſuperare: quod ſi-
bi ſtatuit vt aiunt vrbem in corde. Ad
magiſtrum tuũ pater litteras mittit ſui
animi teſtes: tu ergo cũ ſociis tuis pro-
gredere: ac ſemper enitere tuis ſcriptis
tua ſtudia conformare: ne que ſcripſiſti
in calamo nata videantur: et non ex cor-
de emanaſſe. Gradus enim nil aliud ẽ.
q̃ꝫ ſignum foris exhibitum: quod quidẽ
mendax eſt: niſi intus ſuũ r̃ndeat funda-
mentum. Non enim magiſter: ſed potiꝰ
idolum et ſtatua eſt: qui ſcientia carens
vano honore: inaniqꝫ nomine gloriatur
Vale et tuam naturam: tuamqꝫ ꝓmiſ-
ſionem ſequere in preclara te vocantes

¶ Pater filium louaniũꝫ mittẽs
ſcribit regẽti. ¶ Ep̃la. xxxiiii.

¶ Egregie vir: filium meum ex pluri-
bus vnum ad te mitto ſcientiis et mori-
bus educandum: quem in cõmuni por-
tione collocatum iri velim: cupiens euꝫ
ſcientiis locupletari et moribus: non tã-
tum menſa vl' epulis. Sitqꝫ in camera
magiſtri qui eſt taꝫ moribus q̃ꝫ eloquẽ-
tia preſtãs: qui dicere ſimul et facere do-
ceat: in quo non nimia emineat auſteri-
tas: nimiaqꝫ comitas: ne inde odium:
hinc cõtemptus oriatur: qui neqꝫ vitia
habeat: neqꝫ ferat: quem filius libenter
audiat: dictis credat: ⁊ ſe ſimilem illi fie-
ri cõcupiſcat: cui pro ſuo labore me ſa-
tiſfacturum ſponſor adeſto. Valetoqꝫ
perhilariter.

¶ Reſpondet regens patri.
¶ Epiſtola. xxxv.

¶ Filius tuus digniſſime vir quem domi mee educandū deſtinaſti:dum cū ipo in primo eius egreſſu de grāmatice rudimentis diſceptarē.viſus eſt michi de numero eorum qui ſuos annos āanceſſerunt:cui magiſtrū dedi ingenii ſui ducē qui opam daturꝰ eſt:vt doctum efficiat doctiſſimus ipſe:cui ſumma cura erit ī eo vitia virtuteſq3 diſtinguere:itaq3 frenis eum cohibere:ne in illicita prorūat ne quoq3 prius vitiis inſueſcat:q̃3 ſciat vitia eſſe. Ex quo nichil non ꝑfuturu3 audiet:nichilq3 dicet:qđ vel dediſcere: vel neſciſſe rectius eſſet: qui diurni eiꝰ ſtudii veſperi ſemꝑ rationem quantum ingenii ratio dabit exiget. Pro cuiꝰ labore nobilia duo pollicitus ſu3:vt eo ſit intenſior:⁊ vt ſepe premii labor ei dulcior fiat. Vale vt apud plautum eſt vſq3 dum regnum optinet iupiter

¶ Scribitur filio ſtudenti vt diligenter ſtudeat

¶ Epl'a.xxxvi

¶ Fili ſis ſaluus. Jdnam primū eſt qđ opto:ꝑrimu3 illi vt toto conatu prima tue iuuentutis face litteris ita incumbas vt tandem ex litterarum ſemine:tu ſenior dulces fructus colligas. Sciaſq3 in te cunctoꝝ tui generis oculos eſſe cōuerſos omeſq3 ad tue vite ſpectaculum eſſe attentos:caue ne eoꝝ de te expectatio iminuatur:ne quoq3 minus in te inueniant q̃3 ſperauerint:maxime cum nō iubentium queratur cōmodum ſed vtilitas obſequentis. Vale longior eſſem: ſed ad quietam me ſopor vocat

¶ Reſponſio ſtudentis ad predicta

¶ Epl'a.xxxvii.

¶ Dici non poteſt celeberrime vir:quāta ſuauitate veſtre littere animū ꝑfuderint meum admonitione dulci abunde: que eo michi gratior eſſe deb3:quo magis michi ꝑfecturam eſſe video. Jam iam mentem meam vehemens dolor occupat.nam cum neglecti temporis recolo :quaſi poſt tergum ductis oculis ſuſpiro :qui ſero heus nimiu3 ſero ad vniuerſitatem applicui tempuſq3 quod natura cuiq3 tam parca manu largitur:tā prodigo iactu effudi:cuius non tantam michi portiūcula3 relicta3 video:vt vacet admodū minimam partem perdere Curaboq3 ne a veſtris conſiliis animu3 deflectam ſtudiis:litteriſq3 intentum. Non opus verbis eſt:oritur fides e factis. Jntentio em̄ mentis: glorioſius re q̃3 verbis exprimitur. Valete michiq3 precipite:nichil michi dulcius erit q̃3 veſtris votis paruiſſe.

¶ Scribit ſtudens ad priorē magiſtrum vt patrem hortetur ꝙ ei denarios ꝑ ſtudio mittat.

¶ Epiſtola.xxxviii.

¶ Felicitatis conſtantiā. Cariſſime magiſter pater meus ſumme michi metuēdus in gymnaſio litterario me locauit. et quidem in camera magiſtri qui vitā mea3 diligēter obſeruat:ſtudia mea circūſpicit :cōtinuo interrogat:inſtruit: dirigit:nec bōi gubernatoris officiū negligit. Habeo tum lectionis:tum camere ſocios ingenio ⁊ diligentia ſingulari. Nichil michi deeſſet:ſi ſtudiolum haberem quo res meas collocarem tutius.⁊ ſtuderem ſecretius. Cognitum eſt enim non ita poſſe colligi aīm:ingeniiq3 vires in vnum contrahi in frequentia ſcolarium et ſtrepitu ſocioꝝ:ſicut in loco ſilēti ⁊ quieto.ab omni fremitu ſeparato Vos igiť magiſter optime ꝑhumillime ad pedes vſq3 ſupplico apud prēm pro hac re michi mediator adeſte:qui hab3 vobis ꝑpemodum:non modo huius:ſ3 aliarum rerum omnium pleniſſima3 fidem veſtra virtute ꝑmerente. Vale in eo ſine quo valor eſſe non poteſt.

¶ Reſponſio magiſtri ſuper ſtudē
tis petitione. ¶ Ep̄la.xxxix.

Delectarunt me inſignis adoleſcens littere tue vehementer tui ingenii pulcherrime imagines.quarū verba dū ad ſententias confero:quid cui anteponaȝ ignoro:alterum alterius venuſtate conſplendet.Ad ne longi⁹ vager:deſideriis tuis honeſtis et iuſtis:nō modo patū ſȝ cupidiſſimum patrem tuuȝ reddidi:qui gratulatur ꝓpoſito ⁊ fidit pſeuerentie. Tuū erit eius de te ſpem ac fiduciā cōfirmare:ne ego ſuadendo:tu petēdo:pater credendo:vel fallam⁹/vel fallamur Tn vale i eo qui neqȝ fallit:neqȝ fallit

¶ Intimat̄ atqȝ deplangit̄ peſtis
¶ Ep̄la.xl.

¶ Salutes tibi offerrem gratioſiſſime ꝑceptor:iocūde:hilariter atqȝ gaudenter:niſi hec aduerbia multo iam tēpore pdidiſſem:ſed que perdidi tu inueneris ꝓ ſalute.Non fieri poteſt quin cum multum te diligā.tibi abſenti quaſi pn̄ti nrōs aīmi:tpis lociqȝ:āgores nō aperiā Irrupit apud nos ꝑ hos eſtiuos calores dire peſtis calamitas:⁊ quideȝ adeo inclementer:adeoqȝ funeſta:vt horreſcat calamus funeſtam luem depingere que plurimos iuuenes ſtrauit: innumeroſqȝ ciues extinxit:vt oīs pene ciuitas extincta iaceat:nec aliud videm⁹:q̄ȝ mlttos timore:pauoreqȝ tabeſcere.Iaȝ peſtifer ānus nobis incubuit:mortiqȝ fauit letalis aer:multus vndiqȝ dolor:mlttiqȝ lugubres eiulatus.Quid multa dicam:En lachrimis defluimus: merore cōficimur doloreqȝ vexamur acerbo. Det deus meliora piis:horroremqȝ hoſtib⁹ illū:qui vos tn̄ interea ſua faciat gratia letum ſemper atqȝ felicem.

¶ Reſponſio conſolatoria ſuper
predictis ¶ Ep̄la.xli

¶ Pulchra illa aduerbia quoꝝ ep̄la meminiſti ne ꝑieceris cariſſime frater: pro ſalute:non aio deficias: ſed letū te teneas.Nil prodeſt dolor:nil proſūt lachrime:nec poſſunt fata moueri.Scio ꝙ natura lachrimis ſtimulos dedit: ſed modū virtuti :rōniqȝ religt. Quid mirandum ꝙ nunc frondes nunc fructus defluūt arboribus:paria ſunt hec: que fatales hoīm caſus reſpiciūt: quotidie mala incrementum capiunt.Quis eniȝ eſt annus priore nō deterior:que lux ſequens:que precedenti aliquid incōmodi non adiecerit. Verum plus dixero. Quis noſtrum tam letū mane vidit.vt non ante crepuſculū cura meroreqȝ ſurrepſerit:Noli igitur animū tuum exulcerare fletibus:et non tam lachrimis q̄ȝ ad temp⁹ loci abſentie fidas.Et felix valeas corpore ſano.

¶ Remittitur ad patreȝ in artib⁹
graduatus.
¶ Ep̄la.xlii.

¶ Salutes omni gaudio letiores.Filiū tuum celeberrime vir ad dn̄ationes tuas ſanū:⁊ ſaluū:auctūqȝ ſcientia et gradu remitto:qui abſcendens laudē meōriam qȝ honeſtaȝ.Louanii ſue fame reliquit.Ideoqȝ grate recipies atqȝ benigne:operam meam in eū ꝓiectam:quā ceteris votis tuis in oībus paratā ſemꝑ habebis.Te quoqȝ rogo ꝑ veterem noſtrum:qui rumpi nequit amorē:vel ſi ſic potius pateris ꝯſulo:ꝙ filium tuum ad litteras natum:a ſcolis non diſtrahas. Sed rurſus ad vniuerſitatem louanienſem vel aliam campiam mittas:neqȝ ſinas adoleſcentie ſue florem fruſtra defloreſcere.Nam erudiri negligit:qui ſegnis efficitur:retrocedit:qui non ꝓgreditur.Non fructum arbor dabit:que ī flore deficit:nec meſſem dii dabunt: agrum non ſerentibus: Valeto: tuumqȝ filium valere facito.

¶ Intimat frater fratri patris obitum
cum doloroſo planctu. ¶ Epiſtola.xliii

¶ Cariſſime frater. Dum dies auguſti
ſeptimus ſuã aurorã protuliſſet:genitor
noſter extinguit: ⁊ vt neceſſe erat natu-
re conceſſit:eiq; ſoluit qđ debuit:adeo-
q; deuote vita defungitur vt potius de
tam ſalubri: dulciq; exitu gaudendũ q̄
lachrimandũ eſſet: niſi natura ſtimulis
nos ſuis impelleret:qui oĩs domi fletu
ꝯſtringimur. Mater noſtra que nos pe-
perit: in luceq; edidit terciã iam noctẽ
inſomnẽ egit:mente carens: nõ lachry-
mis:que tempora iam trahit multis fle
tibus atq; lamentis:cui ſpero tuam per
preſentiã multũ doloris abrũpere pote-
ris. Ad nos igitur mox venito:id etiam
tua res expoſtulat: indutus veſtes lugu
bres:huicq; domeſtico luctui cõgruas.
Intereaq; patrem noſtrũ eternam re-
quiẽ aſſequi deprecemur:hoc vnicũ illi
prodeſſe poterit: hoc agamus: libellos
atq; ſarcinulas tuas Louanii dimittas
illic q̄primũ rediturus: ſtudium tuũ ꝓ-
ſecuturus eo feruentius:quo pater no-
ſter id moriens exoptauit inſtantius:ei⁹
q; voluntatẽ vltimã ĩ hoc impleturus:
que ſibi tam vehemens permãſit : vt ne
vicina quidẽ morte lenteſceret. Perſua
de tibi ꝙ me fratrem ſemꝑ eſſe ĩueneris
ſi quod initiũ eſt omĩs preſtantie litteris
diligenter incumbas:⁊ cum virtute gra
diaris. Vale:atq; ſic ſtudeas: vt ſemper
magis valeas.

¶ Amicus librũ repetit quẽ timet
venditũ eſſe. ¶ Epiſtola.xliiii.

¶ Salutem fideiq; ſeruantiam. Amice
cariſſime: inflauit auribus meis fama
omni curſore velocior:ꝙ librũ illũ meũ:
quẽ accõmodato poſſides:alteri vendi-
deris. Sepe rogaui vt eundẽ michi re-
mitteres:ſed neq; librum:neq; reſponſũ
ſum aſſecut⁹. Noſti amice ꝙ ſola fides
ſeruat amicũ. Scis etiã q̄ libera letaq;
fronte omibus deſideriis tuis me ſemꝑ
paratiſſimũ habuiſti : qui ſemꝑ cupiui
ſtricto amore tibi connecti. Rurſus igr̃
ad preces conuolo attenta mente rogi-
tans:ne me diutius protractione cõdu-
cas : quo cogar iuris remediũ querere:
tibi nec vtile:nec honeſtum. Et ſumme
vide:ne cultus ſpernas: ⁊ amatus ode-
ris. Vale in eo qui cunctoꝝ corda cer-
nit ab alto.

¶ Remittitur liber cũ excuſatiõe
honeſta. ¶ Epl'a.xlv.

¶ Salutem amoriſq; conſtantiã. Soli
diſſimũ atq; precipuũ vere amicicie fun
damentũ:eſt amice colende:vt de amico
nũq̄ aliquid dubitetur. Nam vbi dubi-
tatio irrepſerit:mox deficiat nomẽ ami-
ci neceſſe eſt. Graui ego dolore cõſter-
nor: vidẽs ꝙ me exiſtimas promiſſionũ
largiorẽ q̄ fidei. Scio ꝙ nil turpius ſol
videt fidefrago. Librum tuũ multa cũ
gratiarũ actione remitto.ne noſtrã ami
ciciã turbet dilatio. Nam ſemꝑ ego id
animo fixũ tenui:me tui animi principa
liſſimã ſedem occupare. Caue amplius
rogo:ne labia maliuola apud tuũ iuſtiſ
ſimũ pectus lumen veritatis extinguant
tibi nũq̄ defuero: vel fide vel obſequio
qui michi ſalus es precipuũ decus:atq;
leuamẽ. Vale felix:teq; cõſeruet regna
tor olimpi.

¶ Scribit ſenex ſe pericula clima
terici anni tranſiuiſſe.
¶ Epiſtola.xlvi.

¶ Largas abundo fluxu ſalutes. Ago
iam annũ ſexageſimũterciũ preſtantiſſi-
me vir:quẽ Caldei climatericũ:⁊ ſcala-
riũ atq; fatalem vocant:quẽ Pictago
rici: aut ꝓpter latentem vim ſeptenarii
numeri atq; binarii:in ſeſe ſepties mul-
tiplicati:aut forte propter quaſi vltimũ

cōmunis etatis hominū flexum. aut ob
occulti fati quāpiā aliam latentiam pe
riculoſum eſſe putarūt. Qui ann⁹ ſuo
primo aggreſſu ſubrigidulus michi vi/
ſus eſt in quo ſenectutis incōmoda gra
uius ſolito in oculis et tibiis ſum ꝑpeſ/
ſus: atqꝫ a deo vt cū Virgiliano euan/
dro ceperim ſuſpirio multo exclamare
O michi p̄teritos referat ſi iupiter an/
nos. Atqꝫ illud maximiani. O q̄ꝫ dura
premit miſeros conditio vite. Non ſuꝫ
quod fueram: periit pars maxīa noſtri.
Sed poſt paruule partis anni fluxum:
rediit priſtinus michi vigor in mēbris:
ea certe integritate: vt caldaicus ille an
nus in me nichil egiſſe videatur. niſi for
te ꝙ in multis in me etiam ceciderit id
ſcꝫ: ꝙ illi mors ſepe vicinior eſt: cui vi/
detur abſentior: cui tamen natura incer
tū finem ſtatuit: vt propior ſemper cre/
deretur. Sed vale: hora em̄ iam tarda:
eſt letiſſima michi letis cum ſociis cena
fuit: qui pariter equitatu feci ex brugis
gandauum tarde applicuimus. Suadet
igitur ſomnos (vt inquit Naſo) tempus
motuſqꝫ merūqꝫ.

¶ Rogat pater ne filius ſuus cū
quodam diſcolo conuerſetur.

¶ Epiſtola. xlvii.

¶ Letiſſimas cum felicitate ſalutes.
Neſcio quid audio venerande magiſter
tuo in l'rario gymnaſio quēdaꝫ curati
nr̄i nepotulū eē receptū: quē a filio meo
tuam per prudentiam ita arceri deſide/
rio: vt nulla prorſus inter eos ꝯmunio
cadat. Nam ſi his tua in domo bene ſe
rexerit: inter ꝓdigia meminero dici. Iā
ille cellulas meretricum adire: vecteſqꝫ
eaꝝ in foribus ſubita vi cōfringere: lin/
guam hꝫ cui ſilentiū pena eſt. Naꝫ que
ſcit et que neſcit: pari audacia loquitur
nichilqꝫ petit niſi quod venter: ſaporqꝫ
ſuaſerit: atqꝫ libido. Si quem ſe peiorē
videat paratum ſemper digitum habet
quo illi oculum eruat: ex quo nil aliud
q̄ꝫ tediū expecta. Cum quo ſi filius me⁹
verſaretur. non illeſus euaderet. Plu/
rimū tibi debebo: ſi a filio hāc ſocietatē
malā: omnēqꝫ ſimilē ſemoueris. Quoqꝫ
profecto ſi feceris: radicem mali ſucci/
deris: ſimulqꝫ errorem ꝓpuleris. Felix
vale: caruſqꝫ celicolis eſto.

¶ Reſponſio regentis ſuper con/
tentis in precedenti epiſtola.

¶ Epiſtola. xlviii.

¶ Salutes plurimas omni ſalute letio
res. Vera oīa reperi que michi celeber
rime dn̄e tuas ꝑ litteras iuuene de quo
dam intimaſti: qui me primis dieb⁹ men
tita ꝓbitate deluſit. Sed dum paulo ꝓ
pius aſpicerē: mox ꝑpendi ꝙ multū ſtul
titie ſuccum ꝑbiberat. Habet ingeniū
ꝑtinax ad praua ꝓmptum: honeſti inſci
um: affixumqꝫ erroribus. Itaqꝫ viue/
re incipit: vt nichil īter eū: pecudēqꝫ di
ſtare putares. Pulchrū ducit in domi/
bus meretricuꝫ hoſtiis vulſis e cardine
oīa puertere: vbi denarios patris quos
largiter habuit quaſi ad perdendū con/
ductus: non tantum deuorauit: ſed veri
us ꝓfudit: quod ideo venit: qꝛ pater eū
miſere afflictum: ꝑdite diligit. Multum
vt ſcribis loquaculus eſt: quo michi di
ſplicet. Nam cadit prarū dec⁹ in loqua
ces. Dabo operam ne cū filio verſetur
ne quoqꝫ contagio ledat. Tu valeto ꝑ/
ualenter: et viuito mente quieta.

¶ Mittitur filius ad amicum vt
eum in pedagogio ponat queꝫ
pater qualificat vt ei cauti⁹ ꝓſpiciatur

¶ Epiſtola. xlix

¶ Multarū ſalutum pleniſſimū ſinuꝫ.
Percolende dn̄e cū ſederem ſub ramis
arboꝝ vmbrā querens: caloris propul/
ſandi gratia aduenit is nunci⁹ has qui
ꝑfert: quem mox rogatū feci: paruꝑ vt ſi

ſteret:donec eas ꝑpingerē. Ecce optime
vir q̄ꝛ filium meum ad capiendū inge/
niū cultū louaniū mittere propoſui. ⁊ q̄ꝛ
michi perſpectus ſemper fuit tue in me
fidei nitoꝛ ſingularis. Hinc te precibus
meis aggredioꝛ: vt ei de pedagogio pro
ſpicias: maxime qui linguam eiꝰ vt par
erit inſtituat: ne verbis lapſantibus de/
fluat: eamq̄ꝫ neq̄ꝫ liberam neq̄ꝫ vagam
dimittat: ſed rōnis pudoꝛiſq̄ꝫ vinculis
gubernatam. Nam ex ſui natura tā gar
rullus tāq̄ꝫ cupidus ſermonis ē: vt ſi de
narios habet mox cōducat qui auſcul/
tent. Loquiturq̄ꝫ verba multa incōpta
ſtupentia graculoꝛum ſilr̄ia: ex quibꝰ ſen
ſus nullꝰ excudet̄: nō magis q̄ꝫ ſanguis
e ſaxo. Id genus iuuenū veteres appel
larūt blaterones: atq̄ꝫ linguaces. Bla/
terare em̄ is optime nouit: ſꝫ loqui inep
tiſſime. et qđ deteriꝰ eſt: ad tacendū pe/
nitus impos. Scis quid velim: facito vt
ſoles: ſꝫ ad me ſcribe q̄ꝫ ſoles frequētiꝰ

¶ Amicus meritoꝛum amici me/
minit cū ſui ꝑpetui ſeruitii obla
tione. ¶ Epl̄a. l.

¶ Salutes plures q̄ꝫ valeat is calamꝰ
depingere. q̄ꝫq̄ꝫ tibi colende p̄ceptoꝛ gr̄a
a me referri tanta nō pōt q̄ꝫtā debet̄: ha
b enda tn̄ ē tāta: q̄ꝫta maximā aīmꝰ meꝰ
poterit ꝯcipere. Nunq̄ꝫ videbit qui vi/
det omnia phebus: ꝙ merita illa in me
tua vlla fuerint obliuionis nube cōtec/
ta. Me certe totum nichil mei retinēs:
tibi deuoueo. Plura in hac re dicerem
niſi nos ambos agnoſcerem. Scio te il/
lū eſſe qui blāditias reiicis: neq̄ꝫ petere
ſoles inanes applauſus: neq̄ꝫ ego q̄dem
ille ſum: qui adulari ſoleā: vel inſufflare
veſicas: nec tali thure gaudes: nec ego
tali ſacrificio: ſed amiciciā ſemꝑ nutrire
conaboꝛ: rebus et animo: Finem do ve/
ritus ne tibi ꝓlixitas tedia daret. Va/
leto felix: eſtoq̄ꝫ fauſtus in euū. Ex toꝛ/
naco volante manu: leuiſſima penna iu
nii ſole tertio.

¶ Petitur conſiliū et auxilium et
nuncii credeñ. ¶ Epl̄a. li.

¶ Ineffabiles ſpe mlr̄a ſalutes. Ad te
venirem colēde preceptoꝛ niſi iam aſpe
rū gelu eſſet. terreretq̄ꝫ auſter euntes
Pro pedibꝰ igit̄ calamo vtar. Impiū
michi care p̄ceptoꝛ ſydus illuxit: acci/
ditq̄ꝫ in me illud ad Atticū Tulii ver/
bum. Meroꝛ me quotidianus lacerat
et ꝯficit. Itaq̄ꝫ ſum aīo ꝑculſo atq̄ꝫ ab
iecto: ꝙ vix me miſereq̄ꝫ ſuſtento. Mit
titur igit̄ a te famulus meꝰ clare ſingula
narraturꝰ: a te ꝯſiliū/ auxiliū ſpē/ ſalutē
expectens. Aſſumpſi te ꝓtectoꝛē meuꝫ/
tuoq̄ꝫ ſcuto tectus: nichil ego ꝑtimeſcā
Vale: ex louanio februarii luce tertia:
ex calami curſu: quo lepus ſegnioꝛ eſſet

¶ Ad idem ꝓ celeri iuuamine.
¶ Epiſtola. lii.

¶ Ingentes cumulo profundo ſalutes
Meridianas hodie litteras ad te dedi:
caſus iam cogit ꝙ veſpertinas adiungā
Sedeo iam cariſſime vir in ꝯpedibus ⁊
captiuitate detentus. ꝓinde ſi nūciꝰ meꝰ
te ſedentem inueniat: mox ſurge. ſi ſtan/
tem: vade. ſi vadentē: curre. ſi currentē:
aduola: opus eſt ſumma acceleratione/
grauitas rei multas preces expoſtulat:
ſed nr̄a amicicia pauciores. Vale: ex lo
uanio tam rapido curſu digitoꝝ: vt vix
oculi ſequerentur.

¶ Reſponſio ad lr̄as binas p̄ceđ.
¶ Epiſtola. liii.

¶ Plurimas abūdo fauore ſalutes.
Non viuit quis vſpiā loci: cuius amici
ciam tanti fecerim: quin tuā longe p̄tu/
lerim. Quod igitur munus hēo maxīm
memetipſum tibi totū offero atq̄ꝫ mille
miliū litteraꝝ verboꝝq̄ꝫ loco hec ſola
ſit oīm ſumma: me tibi votiſq̄ꝫ tuis de/
ditiſſimū eſſe. In re igitur tua: tm̄ mi/

chi dignetur concedere omps :vt aliqd efficere poſſim.nam vt velim virtꝰ meritaqꝫ tua diu pridēqꝫ impararūt. Precurrit ad te nuncius tuus:quem perceleriter ſequar a tergo:ecce mox iā adero. Vale.

¶ Littere commendatitie quibꝰ amicus cōmendatur amico.

¶ Epiſtola.liiii.

¶ Ad te proficiſcitur multa ſua in te ſpe:et me cōſultore has qui ꝑfert adoleſcens:quē adeo vt filiū amo:ꝙ ſemper eiꝰ ſeruitiū in me extiterit ſingulare. Vetus illa amicicia nr̄a tam fortibus nodis cōſuta:vt nulla etate:nullaqꝫ vi diſſui poſſit:ſpem michi.cōtulit ꝙ ad te ꝑ cōfidenter ſcriberem:eundēqꝫ tibi ꝯmēdarem:Amor diffidere neſcit. Aſpiratis quiddam ꝓmotionis:qđ in pendenti eſt aſſequi/ad quā rē arrectior michi ſpes adeſſet:ſi te hērem cōfautorem. Nunc ergo tibi magnopere ꝯmendo:et enixe rogo:atqꝫ ita:vt maiore ſtudio:iuſtioreqꝫ đ cauſa magis ex aīo rogare nichil poſſim:vt euꝫ tuo ex more humaniſſime recipias pie audias:ſuiſqꝫ dictis fidem ꝓſtes:ſentiatqꝫ:nō rebus modo/ſed verbis/vultu:et oculis tuaꝫ beniuolentiaꝫ opamqꝫ ſibi nequaꝙ defuturā:quo michi ꝙ maximas:ꝙ primū: ꝙ ſepiſſime grās agat. Vale:ex louanio adeo curſiꝫ vt viſus ſit calamus ventos ſuperare fugaces.

¶ Rn̄ſio ad epiſtolā precedentem.

¶ Epiſtola .lv.

¶ Adoleſcenti illi quem michi ꝑ tuas litteras ꝯmēdaſti:me et mea obtuli. Eritqꝫ ſibi poſthac opera mea p̄ſto: ea ſi vti volet. Sic me tua priſtina merita: tua virtus:tueqꝫ ſupfuſe preces inclinarunt: videro quoqꝫ ne vel te negligenter ſcripſiſſe: vel me ob audiſſe putet:ꝓtermittāqꝫ nichil quod opis me fuerit et illius interſit. Si quid aliud ex me poſtulas:ꝑcipe:nunꝙ tibi:vel tuis defuero/prius deficerent aſtra celo: et calor igni. Vale.ex louanio mane auguſti gn̄ta/dum vix depuliſſent aurore lumina noctem.

¶ Deteſtatio tarde et rare ſcriptionis

¶ Epl̄a.lvi.

¶ Salutes innumeras:votaqꝫ aſſequi et ſanitatem. Nunꝙ tam grata fuit ruricolis dulciſſima pluuia tp̄e longe ſiccitatis:neqꝫ ſol poſt longas nebulas:ꝙ eſſent michi littere tue longum poſt ſilētium. Non igit̄ permittas queſo amiciſſime vir longiori taciturnitate amiciciā noſtram obliuionis nube fuſcari. Surripe rogo tp̄is aliqd:quod amicicie tribuas. Accuſarem ego te vehementius negligentie multe:ſi putarē te hm̄oi verba magnifacere.ſed noui ingeniū tuum qui nō minus ſurdus es:ꝙ mutus/ cuꝫ id tibi ꝓducere putas.ſed certe more hominū venit:vt ditiores effecti: paupiores negligant. Eſt michi certe grata illa taciturnitas ex tam vtili cauſa ſuborta. Gratius enīꝫ michi eſt te locupletem eſſe tacendo:ꝙ ſcribendo inopem. Sed obſecro ne tibi diutius atramentū balſamꝰ ſit:ne calamꝰ biſſinus:neue papirus aurea:qui cuncta diſſipare formīdas:vel harū ſi rerum apud te tanta caritas ſit/ſcribe queſo more vetuſto in tabellis cereis:vel arborum corticibus. Vale:tibiqꝫ perſuade/nichil eſſe ꝙ magis velim:ꝙ tibi obſequentiſſimus eſſe.

¶ Admonitio fidei ſeruande ſup beneficii permutatione.

¶ Epiſtolā.lvii

¶ Saluus:et ſanus eſto. Qđ cū alio ꝙ mecum nunꝙ tuuꝫ bn̄ficiū ꝑmutaturꝰ eras venerabilis dn̄e aſſertiōe mlta cre

ꝺꝛo michi pollicitus es. Sed neſcio q̄d
iam audio: ꝙ eadem ſuper re cū alio q°
dam plurimū verboꝝ habuiſſes. Tu vi
deris queſo: ſi id facere ſatis tibi ſit inte
grū. Nichil duco honoꝛabilius nichil-
qꝫ antiquius fide. Scis enim q̄ꝫ clariſſi
mi luminis ipſa fides lampas ſit. Habꝫ
nāqꝫ (tullio teſte) hoc nomen fides ſilla-
bas duas: vnam a dicto: alteram a fac-
to: quaſi tunc vera fides ſit: ſi fiat quod
dicitur. Fac igitur optime frater: quod
dixiſti: ſic enim fides ſtabit: que vtiqꝫ pi
ctura eſt niſi factum dicto cohereat. Fa-
cito rogo in hac re: ne michi: neqꝫ fidei
deſis: cum vitam pꝛo tua ſalute. tum o-
pes omnes pꝛofunderem. Parcito q̄io
ſi me audentius loqui q̄ꝫ par eſt ꝓſpere
ris. Calamus meus garrulus eſt: et plu
rimi futurus: neſcitqꝫ debito puncto cōſi
ſtere. potens eſt vetus amoꝛ noſter oīa
in rectum flectere. Vale: atqꝫ fauſta. fe
liciqꝫ ſoſpitate fruaris.

¶ Habentur gratie amico: et de
ſideratur eius aduentus.

¶ Epiſtola. lviii.

¶ Salutes amiciſſimas. Cum litteras
tuas excultiſſimo ingenio ſcriptas acci
perem oꝛnatiſſime vir dici queat q̄ꝫta
ſim letitia: gaudioqꝫ affectꝰ: cum ꝑ eas
me feceris certionem: deſiderio meo ſa-
tiſdatum eſſe: qui mea opera accuratiſ
ſime expleſti omnia: que tue fidei cōmen
dara: nec video ſane quicq̄ꝫ a te ṗter miſ
ſum: quod mea intereſſe arbitrari potu
iſſes. tum etiam maxime: ꝙ ꝓpe diē vt
ſcribis te ad nos vſqꝫ recipies: quod q̄ꝫ
pꝛimū foꝛe vehementer etiam: atqꝫ etiā
opto. Sat noſti q̄ꝫ ſint omnia exoptanti
bus tardioꝛa. Tūc enim inter nos: que
ſūt archana: ſemotis arbitris libere cō-
mentabimur. Et ſi interea quicq̄ꝫ eſt: qꝺ
a me fieri poſtules: id totum in tua foꝛe
poteſtate confide. Nam ego ꝓfecto tā-
tam tuus ſum: vt nullus cuiuſq̄ꝫ magis
eſſe poſſit. Tuo igitur arbitratu me vte
re: et bene vale. Ex valēcenis martii pꝛi
ma tarde: dum nigre contexerant latitā
tia ſydera nubes.

¶ Ad amicum vt frater ex carce
re liberet. ¶ Epl'a. lix:

¶ Ingentes fauentiſſimo coꝛdē ſalu-
tes. Si humaniſſimi modeſtiſſimiqꝫ mo
res tui amice cariſſime ab ineūte pꝛope
adoleſcentia nō michi ꝑlucide cōgniti
eſſent. non auderē ꝓfecto tanta cum fi-
ducia id ad te poſtulare: qꝺ michi gra-
tiſſimum ſis facturus. Solēt nōnulli: q
ſplendidioꝛem foꝛtunā ſūt aſſecuti red
di ſuis amicis difficilioꝛes. At neſcire
non poſſum q̄ꝫ benigna ſemper vrbani-
tate q̄ꝫ pꝛompto: facili: liberaliqꝫ aīmo
michi ſemꝑ in vſum acceſſeris quotiēs
michi opus erat tuo perfrui adiumēto
nec vlla foꝛtune traheris temeritate ſꝫ
rōne ſemper cōſilioqꝫ cōduceris. Sꝫ ne
videar difficilimū quicq̄ꝫ a te petiturus
rem accipe. Fratrem habeo qui gādaui
poſteaq̄ꝫ coꝛam ſcabinis cauſam ſuaꝫ a
gere incepiſſet: coniectus eſt in carcerē:
qui me fecit de caſu non de ſuo errato
certioꝛem: niſi cōmuni: viſitatoqꝫ plan-
ctu (vt ſolent omnes qui iudicio plectū
tur) ꝙ multum iniuſte ſit detentus. Te
plurimū rogo eundem viſita: et quoad
poteris eius liberationi intēde. ſubeger
a me abiis: et omnia aduerſa infeliciſſi
me ꝑpeſſus eſt. Feſtina igitur ne moꝛs
pꝛeueniat: que alteram carceris clauem
habet. Poteris enim magis verbis: q̄ꝫ
alii factis pꝛodeſſe. Et ſi quid ex me pe-
tieris: me tibi: omīaqꝫ mea offero obla-
tione fraterna. Et vale foꝛtunate.

¶ Littere depꝛecatoꝛie ad pꝛi-
mam miſſam.

¶ Epiſtola. lx:

¶ Immēſas innumeraſqꝫ ſalutes. Parē

tum et amicoꝝ ꝯſilio: vrgente quoqȝ me
deuotionis ſpũ: ad ſacerdotiũ me ꝯtuli·
Primam miſſam fauente dei clemẽtia
celebraturus ſum ſeptembris decima: q̃
dies vt cõuentu amicorum meorum ſol
lẽniſſima fiat: vehemẽter exopto: quos
dum mente recolere cepi ipſe inter pri/
mos occurriſti. Rogo igitur te amantiſ
ſime vir: vt qui prius ſemper beniuolẽ/
tia me ꝯplecti: fauoreqȝ ꝓſequi cõſueſti
hanc diem: que omnẽ expectationẽ diu
turni deſiderii mei expletura eſt: tua ꝓ
ſentia tuiſqȝ fauoribus coornes. Dabo/
vices dum vires erunt et repopoſceris.
Me enim tibi deuoueo meqȝ totũ pol
liceor et offero. Vale in chriſto: cuius
tuis aſpiret gratia votis.

¶ Littere dep̄catorie ad nuptias.
¶ Epiſtola .lxi.

¶ Ex intimo cordis oblatas mille ſalu
tes. Maioꝝ meoꝝ conſuaſu: amicoꝝqȝ
ductu: quibus non ꝯgruit obluctari: in
vxorem delegi michi vicini mei optimi
viri filiam parum generis: et dotis: ſed
morum: ⁊ forme oculo meo iudice pre/
diuitem. que ſua diligentia ꝯiugaliqȝ fi/
de curas domeſticas gerat/ componat:
et inſtruat/ aſtetqȝ michi vxorio more i
ſpem procreandarum ꝓlium: quibus et
generis nomen: et ſi que michi ſup/ ſint
bona relinquam. Cõſtitutus eſt nuptia
rum dies octobris penultima: quã ro/
go michi tua optata: preſentia/ tuiſqȝ fa
uoribus digneris honeſtiorem: iocundi/
oreqȝ efficere interea vale. Ex louanio
ſancti luce ꝓfeſto tarde/ iam terris luce
dimota.

¶ Petitur prouiſio de fructibus
quadrageſimalibus
¶ Epiſtola .xlii.

¶ Cõmendationes atqȝ ſalutes prete/
reo: quas niſi immenſas meo tibi nomi/
ne is nuncius obtulerit. velim eum ex/
ſtimes mee cõmiſſionis: ſueqȝ promiſ/
ſionis neglectorem. Poſſis optare ca/
riſſime frater: ꝙ a te diſtantior eſſez: vn
de tibi, ex me amoris tantumdẽ: ſed mo/
leſtie minus eſſet. Tacuiſſem iã ego ſo
la verecundia tentus: ſi nõ eam fiducia
ſupaſſet. Eo nãqȝ fidentius rogo: quo
meis precibus ſepe libentius annuiſti.
Feruntur dactili: ficꝰ: racemi: ceteraqȝ
quadrageſime alimenta Brugis multa
copia aduentaſſe: de quibus vt ſoles: e/
tiam michi proſpicias rogo. Ita tamẽ
vt quo melius fieri poſſit: et rerum ele/
ctioni conſulatur: ⁊ nũmoꝝ parſimonie.
Si quid me velis: is ſum: qui ne veliſ
admoneri. Si enim ſcirem: quid ex me
cuperes: ꝓfecto anteq̃ poſceres adeſſet
Vale frater: ⁊ felix eſto. Ex louanio fe
bruarii quinta tarde: dum nox adeſſet
orientibus creſcentibus aſtris.

¶ Reſponſio ad lr̃as precedentes
¶ Epiſtola .lxiii.

¶ Non ſol eſtiuus tot producit radios
quot michi ſalutes is tuus nũcius tuo
noĩe dixit. Non igitur eſt quo eum ap/
pelles tui ꝯmiſſi verſauice. Tu obliuio
ſum ſalutes ex me totidem habe: vel fie
ri ſi poſſit duplicatas. Fructus quos ꝓ
te cõparari petiuiſti vir percolende: in
naui ſunt in magno dolio clauſi/ ne vel
naute inſcicia ꝑmutentur/ vel manibus
aſtantium minuantur. Huiuſcemodi e/
nim minuta exſculenta oculis manibus
qȝ patentia praro creſcere: cõſueuerunt
Si fides ſit oculis rem habes electiſſi/
mam: ⁊ certe ſuo precio dignam. Nun/
cius rem agi vidit. ipſe merces: ⁊ preciũ
et omnia nouit. Si quid amplius ex me
velis: ampliꝰ manda: ⁊ optime vale. Ex
burgis ꝑceleriter februarii luce decima

¶ Inquiritur ꝯditio: ⁊ qualifica
tio cuiuſdam domicelle
¶ Epiſtola .lxiiii

Dum nūdinaꝝ tp̄e diſertiſſime vir te Antuuerpie diu q̄ſituꝫ nō inueniſſē:gandauum perexi tecū loquendi gr̄a. Illuc cū veniſſem:tu Antuuerpiā verſus iueras. Duꝫ rurſus antuuerpiā peto:tu gādauum remigraueras: defuitqꝫ michi ſydus benignū/quo te in via:vel in terminis:vel interea vſpiā loci ꝯueniſſē. ꝑcupidus eram tecū loqui de re nuſqꝫ diuulganda:nec parui pōderis/q̄ dū diutius ꝓtrahi nequit/ cogoꝛ ꝑ lingua calamo vti. Fuit tibi vicinus dū viueret/ mercatoꝛ venet⁹ inter mercatoꝛes non obſcuri noīs.is reliquit viduā cui⁹ cōditiōes :foꝛtunas/et ſtatū:queſo michi tectiſſime pandas. Res em̄ hmōi agitur in qua facile poſſit/ſi feceris/mea vtilitas:vel ſi neglexeris magna iactura cōſiſtere. Dū colloqui inter nos nobis dabitur/oīa noſces. Vale.ex louanio febꝛuarii vltima digitoꝛuꝫ motu nō ſegni

¶ Rñſio ad epiſtolam pꝛecedentē
¶ Epiſtola.lxv.

¶ Aueto vir oꝛnatiſſime. O Julieri illi/ ꝑ qua petis/coꝛdialis amice etas iaꝫ in graueſcens eſt. Habet tn̄ adhuc infractam valitudineꝫ/que numeroſe ſobolis multitudinem ex ſe ꝓgenitam videt/ filios:filioꝝqꝫ filios /atqꝫ nepotes. Foris:et domi ſumme autoꝛitatis eſt. Itaqꝫ abſqꝫ viro mercaturā exercet:et ſingula regit/ vt nemo ꝯſiliū:pꝛudentiāqꝫ viri de eſſe ſentiat: Integerrimū nomē gerit pꝛeſtātiſſime mulieris:et addo foꝛtunatiſſime. Sic dicere cogit genus:foꝛtuna/liberi:et eius diuitie poſſeſſio.quibus non deſunt pꝛudentia: virtus/ ⁊ ꝓbitas. Vitaꝫ em̄ huiuſcemodi ducit ſub multo ſue fame ſplendoꝛe/vt michi mltiplex pateat campus/virtutes vt narrem:vt vitia/nullus. Vale.ex gandauo clamitāte nūcio tarde poſt cenā:poſt vina:palpebꝛis ſic vigilia feſſis/vt ſingula ꝓſpecta bina michi videretur. Parcito igitur ſi vix legas/ q̄ vix ſcripſi calamo ſine lege currente.

¶ Rogatur patrinus pꝛo leuatione ꝓlis ex ſacro fonte.
¶ Epiſtola.lxvi.

¶ Noctis huius circiter mediū peperit michi vxoꝛ dono dei partu cōmodiſſimo filiū/quem dum a matronis audiui illius roboꝛis eſſe/vt in paruula baptiſmi dilatione piculū futurū nullū timeretur /mox ego dū hodierna luce declinante iam nocte inciperet parumper albeſcere celum/has ad te ſcribo pfeſtine ſtudioſe/rogitans vt ad hoꝛam poſtmeridianā quartā. Louani adſis in ſanctiqꝫ Petri baſilica:ad ſacrūqꝫ fontē filio meo manū accōmodes:teqꝫ michi compatrem:et nato patrinū pꝛebeas/vt qm̄ multis amiciciarū nodis connectimur/ ſanctū illud ꝯpaternitatis vinculū nobis etiam:atqꝫ etiam ſit adiūctū:cupioqꝫ filiū meum tuo noīe appellari/ quo minus a te diſſideat/cui in moꝛibus: et vita ſimillimū fieri exopto.quo ſecuꝫ aliquid tui ſemꝑ deferat:rōnemqꝫ hēat ſibi cōiunctam/eo tibi.parendi alacrius te imitandi :et obſeruandi vt alterū parenteꝫ:vt vite cenſoꝛem. Vale q̄ꝫ queas optare felicius.

¶ Reſponſio ad pꝛecedentem.
¶ Epiſtola.lxvii.

¶ Cum hodierna die campana octauā hoꝛam annūciaret/ſeruitoꝛ tuus per ingentem pluuiā feſtinato aduolat aduſqꝫ cutē madid⁹ ꝑ veſtes vndiqꝫ ſtillans Quo viſo pͣ aſpectu obſtupui erāqꝫ ācipiti mēte ſub pauid⁹/q̄dnaꝫ ſibi velleꝫ tāta ei⁹ celeritas:verituſqꝫ fuiſſē/ne q̄d mali nūciatur⁹ adueniſſꝫ/niſi viſa fuiſſꝫ leticia ei⁹:geſt⁹/vultuſqꝫ q̄ddam iocūdi polliceri.tacit⁹ eiꝫ ip̄e mor līaſ offert excurſu quidē anhelāte oꝛe/tā calid⁹. vt

vix primū ſalue poſſȝ exprimere/ quas dū celerit plegiſſē:q̄tū michi ſuccreuerit gaudiū/nec lingua diſceret:nec calamꝰ/dū aſpicerē ꝙ tua bōitate te michi fieri ꝯprēm ardent expecteres:et pᵒgenitū tibi natū michi filiolū eſſe exoptares qd̄ maximi michi muneris ⁊ ornamēti loco eſt. Pax geruls q̄primū a labore itineris reſpirauit:ac modico cibo ſūptoꝛad te feſtinās reuertit:vt ī tpe te mei aduentus certum faciat. Noſti iam diu me vexari calculo/cui etiaȝ ruptura ſe iunxit/ſic eunt res/vt bona p ſe: ⁊ ſola veniāt:ſȝ mala ſp geminata. A motu enim equi:vel currꝰ multū abhorreo Priuſq̄ tn̄ ad horā ꝯſtitutā tibi deſim manibꝰ/genibꝰqȝ potius ad te repſero/ nec ab illo me diuellet egritudo:nec itineris labor:nec inclemētia celi/fauente altiſſimo:cuiꝰ grā te valere deſidero.

¶ Rogat amicꝰ vt certos mutuo det denarios ¶ Epl̄a.lxviii

¶ Fide meā amice cariſſime ꝯtuli vadē ꝙ ante huiꝰ ebdomade finē coronas decem exſoluerē/quas vt ſpauerā: recipe nō potui. Honorē igit meū:ſaluāqȝ fideȝ ꝯſeruare nō valeo/niſi tu michi opē tuleris. Te igit exoratū veliȝ:vt totidē coronas hūc p nunciū fidū mutuo michi trāſmittas. Tibi eandē fidē meam/ quā tuo auxilio redimere conor:rurſus vadē ꝯſtituo ꝙ añ inſtās martini feſtuȝ eas reddidero. qd̄ ſi feceris hᵒ tuū meritū cū priorib' in meōria ſēpit̄na collocabo/ac ero memor:donec ſupſtes vixero Tu felix valeas:et multos in annos

¶ Reſponſio ad priorem: ¶ Epiſtola.lxix.

¶ Saluꝰ ſis:letuſqȝ viuas hūaniſſime vir. Mitto tibi coronas decē/miſſurus plures ſi poſtules. veliȝ em̄ hoc tibi ſēp pſuadeas maxio michi gaudio eſſe:ſi tibi qddā facere poſſim qd̄ tuo aīo gratū accedat:vel ꝯmodo. Illuſtriſſimꝰ dn̄s nr̄ dux ad bella ꝑpat:cū eo vocor ad arma/vn̄ michi iā occupatio maior ē q̄ paucis verbis dici queat. Tu igit vale breuitatiqȝ pce/qua vti cogit me aīmꝰ variis iā curis occupatus:vtinā tā meritis in te/q̄ fide:et beniuolentia plenꝰ.

¶ Repetunt denarii mutuo dati. ¶ Epiſtola.lxx.

¶ Spectabilis vir:cui opto ſaītas gaudium:⁊ honor adſint loco ſalutis. Duȝ decē coronas titulo amicabilis mutui tibi mitti peteres/euētui ſū gratulatus qᵒqm̄ añ optauerā re ipſa tibi oſtendere q̄ cuperē mei in te amoris īnditiū aliqd̄ extare. Quare repēte tuis precibꝰ obtēpaui:et dictas coronas ilico miſi/quas lȝ reſtituere ſtatutū ad terīm tūc futurū nūc vero effluxū dederas fidē/nichil tn̄ pter verba vanaqȝ ſpeȝ:monitōibꝰ meis ſū aſſecutꝰ. Tu nouos terios:⁊ iteꝝ nouos:⁊ qdē per plures ſtatuiſti/q nūc ōs a tergo ſunt. Adhuc igit ex habūdanti etiā:atqȝ etiā rogo/ſi tibi preſtita fides in pcio eſt/vt q̄primū omiſſa omni mora/dictas coronas michi trāſmittas:vt qȝ verbis tuis tribuas:effectuqȝ preſtes qd̄ tua fide roboraſti. ne ſi nō feceris:fideȝ ſcindas: amiciciāqȝ nr̄am/q̄ vl' ſēp ſumma fuit:vel ꝑxima ſūme:vel diſſuas:vel minuas/ne quoqȝ dilatiōibꝰ tuis in longuȝ nimiū ꝑtenſis:te cogar in ius vocare/quod nec preſtite fidei tue congrueret:nec tuo ꝯmodo:nec honori. Tu viue incolumꝰ:et proſpere. Vale/ ex louanio leporino curſu:et quidē ocius q̄ corpus opacum ſoli obiectū cauſauerit vmbram.

¶ Littere excitatiue ad ſcribendū ꝓuocātes. ¶ Epl̄a.lxxi.

¶ Etſi nos ſors noſtra loco ſeiungi coegerit/ſaltē litteris que longiſſime volat ꝯiūgamur. Naȝ te abeſſe mea cauſa

moleſte fero/ſed tua gaudeo. Nemo em̄ vſpiam viuit/qui cū libentius eſſem/ꝙ̄ tecum: ⁊ pauci/ quibꝰ cum eque libent̄ cū nemine tibi in amicicia anteponā: et comparē paucos. Hāc epiſtolā verbis breuem/ ſed affectione longiſſimā potiꝰ ſcripſi/vt ex te litteras excuderez/ꝙ̄ vt quid habeā quod magnopere nouiſſe te vellem. Tu igit̄ ſcribe ꝓlixius magno quidē: gratoqꝫ cum fenore. Vale. ex louanio martii decima/ dū caderet ſol: et diem nigra ſub nocte reliquit.

¶ Reſponſio ad precedentē epiſtolam. ¶ Epiſtola. lxxii.

¶ Breuitas litterarū tuarū me breuiorē effecit/quas vt tuas nō vt breues letiſſimus legi. Si tamē hac breuitate leteris/crebriores confice/vt numerꝰ ſuppleat quod lōgitudini deeſt. Quod ſi feceris verſauice ita te litterarū falcibus obruā: vt mox rogaturus ſis/ vt rarius ſcribam: breuiusqꝫ. Non em̄ tenebo te pluribus. ponam in calice quod oīm caput eſt/me tantū eſſe amicū/ꝙ̄ qui maxime. Nam tu quidē meus es: aut quod iocādo dixerim tu perbelle ſimilas. Vale. ex louanio celeriter oculi trepidātis in ictu.

¶ Intimatur aduētus amici ad amicum. ¶ Epiſtola. lxxiii

¶ Litteras ſuauiſſimas ex te multe amicicie teſtes/quā nec locoꝝ tractꝰ: nec tēporis curſꝰ eluere quiuit: ad me dedit dies martii tercius/ſed venit nūcius veſperi/vt nō niſi noctu ſcribere potuerim qui ex thoro ſurgens: ⁊ veſtibns multa celeritatē reſumptis: has velut in ictu trepidātis oculi conſcripſi. Velim certo ſcias/ꝙ ante paſcha me videbis ita dico/niſi vel tibi citius: vel fortune placu erit tardius. Hoc ſignificare volui ne ab alio prius audias/ quo deſidiā meaz culpes. Interea tibi ero (velis: nolis) ſūmus amicus. Hec pauca ſcripſi longioris epiſtole me confitens primo cum nūcio deditorem. Vale ſorte felici: ⁊ tēpore longo. Ex Cortraco tarde/cū ſomnus omia iuaſiſſet: ⁊ pecudes: armenta: viros: genus omne ferarum.

¶ Excuſatio rare ſcriptionis ex raritate nūcioꝝ et rerum. ¶ Epiſtola. lxxiiii.

¶ Salutes felicibus votis refertas: Dū tuas litteras cariſſime frater miro lepore circunlitas: maximisqꝫ ornatibꝰ expolitas/ſed ꝙ̄ optarim breuiores accepiſſem/mox curis ſepoſitis incaluit animꝰ rn̄dendi auidus. Scribam aperte/ vt amicicia poſtulat. nō ꝑmittā locoꝝ: tempoꝝqꝫ interualla/ vt corpus: ſic aios ſe iungere. Si tn̄ rarius/ ꝙ̄ expectabis ſcripſero/id erit cauſe/ꝙ nō eius generis littere mee erūt/vt eas audeā temere cōmittere. Sed cū michi certoꝝ nuncioꝝ ꝑtās fuerit quibꝰ recte dem/ non ꝑtermittā ſcribere/iterea videro: vt tue volūtati: meisqꝫ moribꝰ obſecundē: neqꝫ michi oīm ī vita res tā erit vlla ꝑpoſita/ꝙ̄ vt quotidie vehementiꝰ me optime de te meritū eſſe leteris Vale: teqꝫ ille cuſtodiat/ī cuiꝰ manꝰ nos: et noſtra conſiſtunt.

¶ Increpatio filii nō bene viuētis ¶ Epiſtola. lxxv.

Fili: tua vita me tibi infeſtiſſimū facit/cui fecerat natura cariſſimū. Ad aures em̄ meas vſqꝫ delatū eſt/te ī ꝑditiſſimos mores ꝓlabi: teqꝫ magiſtroꝝ tuoꝝ ꝓceptis obſurdeſcere. Tu ꝑdite tua tpa terēdo denarios multos breui tpe diſſipaſti: ꝯtinuoqꝫ ſcribis/⁊ petis: nec ſatis ꝑpendis/ꝙ̄ multis ſim ꝓlibus oneratꝰ.

Te mea facilitas ꝑdidit/ſꝫ poſt hac vi
dero ne te amādo ꝑdidiſſe videar:nec vo
lo ī te vnū ꝓfūdere qđ equa ratio tra/
hit ī mltos. Mox domū redi michi da/
turꝰ vite tue rōem. Intea ꝯſultiꝰ viue.

Alie littere ad idē cū priorībꝰ. Epiſtola.lxxvi.

Fili:ſiue hoc phitonico ſpū ſciuerim
ſiue(vt aiunt)ī pollice viderim: ſiue pa/
tulo ore more ſturionis piſcis ſurſū ere
cto hauſerim ex ethere/id ſaltē ꝯpertuꝫ
habeo.ꝙ mime vacas ſtudio Nocte die
qꝫ ꝑ lenocinia ꝑgis.ꝯfringis hoſtia.hūc
pulſas.illi ꝯtumelioſus es:⁊ multas hu
iuſmodi turbatōes ꝑagis:quas ne patiē
tiſſimꝰ quidē equo poſſit aīo ferre Va
le ꝑpēdis ꝙ multis ſperata nox inſꝑato
fuit vltima. Quotiēs em̄ audiuiſti/mul
tis nimio:heus nimio:ꝯſtare ſuas libidi
nes:⁊ īpudicos āplexus vulneribꝰ reſo
lutos:qđ oīs eo calle gradiētes terruiſ
ſe potuit. Sꝫ bene adhuc res ſe habet:
ꝙ fortuna in te mitior/q̄ꝫ tu tibi fuit.

Ad idē cū penarū ꝯminationi/
bus Epiſtola.lxxvii.

Audio fili:ꝙ vilē mulierē vēto leuio
rē bellicoſi viri ꝯiugē amore ꝓſequeris/
quē amicicie velo tegere ſtudes:⁊ pulcer
rimo nomie turpiſſimū ſcelus obūbrare
Nō times miſer ambiguā ſortē:indignā
maculā:⁊ irrecuꝑabile damnū:⁊ in dele
bilē.eternāqꝫ infamiā.times ne/ꝙ irato
marito re ſibi cognita/tu tandē veneris
victima fias:vbi in te nō flendā mortē/
que oībus equa ē:nō gladios/quos mlt/
ti ſepe magna glīa ꝓtulerūt/ſed erroreꝫ
tuū improbū:flendū eē cenſeo/ī quē re/
licto planiſſimo calle ſpretis ꝯſiliis pro/
ruiſſes. Reuertere miſelle/reuertere.fu
gito illā adulterā tui erroris fomitē: ti/
bi quoqꝫ ꝓſpice/ne diutiꝰ pedes tui du
ces oculos an̄cedant. Tibi etem̄ vehe/
ment̄ timeo.certū nā habeo ꝙ meis cōſi
liis ingeniū tuū:moresqꝫ repugnāt. Ve
reor quoqꝫ/ ne nō facile vicia expurga/
ueris:que inherēt oſſibus. Si tā miſere
ꝑeundū eſt/nobiliori morbo periiſſe iu/
uaret:⁊ vt vulgi ꝓuerbiū eſt/ſi mergi iu
uat hoc nō in ceno/ſed in aqua limpida
fiat. Sed vale/vale.itaqꝫ vicia hec a te
proiice/vt nō ampliꝰ odor vllus naribꝰ
meis occurrat. Nō em̄ tutū eſt ꝓpe ſer/
pentē verſari virus habentem.

Reſponſio filii excuſationē cō/
tinens. Epiſtola.lxxviii.

Filiali obediencia huilime ꝑmiſſa lo
co ſalutis. Quātus iā dolor veſtris mi/
chi ex litteris partus animū meū occu/
pet metuēdiſſime pater:nō eſt qui expri/
mere poſſit/nō ꝙ erroris cōſcius ſū:ſed
ꝙ paternū animū veſtrū verſus me inq/
etum ſentio:maliſqꝫ linguis ꝓuocatum
retroiecta veritate. Satis conicio ſi nō
augurio fallor qui huiꝰ fame fuerīt au
tores:quos potius liuor q̄ꝫ veritas cōci
tare ꝯſueuit:quoꝝ ne vlla temꝑantia la
bioꝝ ſit/qui ne ſileant: ne quoqꝫ linguā
a malo deflectant gratis que obloquāt̄
ex digitis ſugūt:a quibꝰ pater optime ro
go ne ſinatis oculos veſtros falſo velo
obſcurari:veſtraſqꝫ aures falſa fibula
ꝑforari. Si malis moribꝰ inſueſco:ſi bo
na veſtra:⁊ tēpora perdo:ſi veſtris man
datis obſurdeſco/nichil eſt ꝙ me expur
get.magiſtros meos interrogate ſtudii
mei:viteqꝫ mee certiſſimos teſtes Si de
latores illi apud vos patulas aures non
īuenirent:voſqꝫ ſuis mēdaciis nec mo/
uerent:nec turbarēt quidquid de me ꝑ/
dicarem nō vniꝰ aſſis eſtimarē. Potiꝰ
velim hi me arguant: moresqꝫ meos et
vitam damnēt/ cū quibus minime velī
vitam:⁊ mores permutare quibꝰ omni
conatu ſemꝑ ſtudui:ſtudeboqꝫ ſemꝑ diſ
ſimilimus eſſe. Docuit me Seneca:non
minus turpe eſſe a turpibus: q̄ꝫ ob tur/

pia cōmendari. Has litteras optime pa
ter feſtino curſu pueniſſem: niſi inflatio
pedis michi adeſſet / ⁊ quidē tanta vt vi
ſus michi eſſet molaris pedi appenſus.
nec mouere me potui, etiā adiutus bacu
lo. partim tamē tumor abſcedere incipit
Mox adero me cōmode purgaturus:
dante deo qui vos tueri digneť: nec mi
nus feliciter: q̄ longeue.

¶ Excuſatio alia filii ſup ſtudii tepiditate. ¶ Epiſtola. lxxix.

¶ Si parū his annis pfeci metuēdiſ
ſime pater / ſatis ppendet prudentia ve
ſtra: nō oms eodem eſſe ingenio: nec eād
habere addiſcendū adiumenta. Nō oim
eſt altos montes ꝯſcendere: ſūma iuga:
ſūmosqꝫ vertices attingere. Si tamen
ſocioꝝ meoꝝ ſplendores ingenii equare
nō poſſum / primordia tamē etatis mee
honeſtis curis deſtinabo: ſi quoqꝫ quid
tēporis extra: libros qñqꝫ expendero id
totum perditū iudicabo. Si ex numero
equaliū meoꝝ vobis inferior videar / cer
to polliceor: ꝙ ita omnē morā corrigam
vt nō modo ſequi: ſed eos precurrere iu
dicabor: daboqꝫ operā: vt me talem effi
ciā cui īimici mei inuideāt ⁊ amici gra
tulentur. Si tamen interea aliqui obtre
ctatores inuidie facibus agitati / aliqua
aduerſū me ficta diſſeminēt / veſtre erit
pbitatis illis nec aurē pbere: nec quid
fidei cōmodare. Valete pater optime i
eo cui nullus prefuit autor.

¶ Rogatur amicus vt ſecrete inquirat male fame ſuggeſtorem ¶ Epiſtola. lxxx.

¶ Lete viuere pro ſalute. Spem michi
plurimā fidentiſſime vir tua fides: qua
facile velis. tuaqꝫ induſtria qua facile
poſſis prebuerūt / vt plene confidā pau
cis me obtenturū: quod rogaturus acce
do. Sunt qui ſola prurigine lingue con
citati patri meo de me mala multa ſug
geſſerunt. quo ventū eſt vt multas i me
patre dignas cōceperit iras: multa au
diuit: peiora veretur: vnde graui dolore
affectus ſum: qui nūq̄ triſticias potui p
ferre parentum quas ego grauiores eſſe
ppendo. Nam quo de me plura genitor
meus audit: eo altius oīa illius animū
penetrant: herentqꝫ tenaciter: ſic illius
mos eſt: ſic natura. Alioquin parui eſti
marem mendacē famā nō rebus: ſed ven
toſo flatu conſtructā: quā mox caſuraꝫ
certiſſime ſcio more exuberantis flāme
que mox emoriť ſi ſuis careat nutrimen
tis. Quo igitur facias te enixiſſime dep
cor: patrem ſcilꝫ digneris quoad potis
mitigare. ſtudeasqꝫ ſcrutari hincinde ſe
cretiſſime ſubpalpando: qui ſint illi: qui
michi ſuas tam faciles liguas in mea
ſcandala accōmodarunt / in aliquos me
vehemens ſuſpicio trahit quoꝝ nomini
bꝰ adhuc preſtiterit pepercisse: donec m̄
feceris certiorē. Eſt eñ creberrime ſuſ
picio fallax. quos dum tuam per explo
rationem cognouero: mo coram effece
ro eos cum rubore negaturos / qd poſt
tergū ipudenter aſtruūt. Parcito rogo
longꝰ ſū tacere neſcio. plenꝰ eñ michi ē
animus: quem ſi ſcriptis explere conarer
breuitas ipſa in immenſum euaderet ſce
dula in membranā exurgeret: epiſtolaqꝫ
mea tranſiret in librū. Vale. curſim ex
Louanio ea die eaqꝫ etiam hora diei:
dum inter omnes minimas ſol procreat
vmbras.

¶ Reſponſio amici ad precedentem: ¶ Epiſtola. lxxxi.

¶ Hoc erat cariſſime vir tue fortu
ne preſidio: ꝙ michi tue littere exhibite
ſunt conuenientiſſimo tempore: dum ſci
licet cenandi gratia ad domum patris
tui proficiſcebar. Intercenandum de te

multus ſermo ſubortus eſt. ſtudui mol/lire patris verba irā multam ſonantia: ſed quã primum fame autorem ex eo co/gnoui ita illum: vt ab vngue tenero no/ueram: ſic eum diſcerpſi vt nil aliud lu/crifecerit quã ſolent: qui inter malleū ⁊ i/cudem: ianuam ⁊ limam digitos inſere/re conſueuerunt/ fecitqȝ illum menda/cem: loquaculum: huius fame confictorem rurſum ad patrem me preſente vo/cari. vbi compertis mendaciis ſuis eū contudi duriſſimis verbis: in utumqȝ reddidi: atqȝ elinguā ſimilem ſaxo Oſtē di patri tuo quod totus ex mendaciis pen/det: ex ficticiis confectus eſt. non enim tot puluerū minuta corpuſcula aerē p/uolitant: quot mendacia cōtinuo ex ore illius decidunt. Quis em̄ ſit: frontis ha/bitus: ⁊ verba teſtantur. ſed ne tuū ani/mū ſuſpenſum relinquam: qui multum anhelat ipſum nocere conflatorem: ſtu/det Iouanū filius vidue ad dexteram domus mee cōmorantis. ille: ille eſt: cu/ius nomen de induſtria pretereo ne hāc ſcedulam defedaret. Hec cariſſime vir tanto curſu ſcripſi: vt manus cogitatio/nē precurreret. hoc ideo dico: vt ſi inge/nio parcere non dignaberis/ ignoſcas vel tempori. Vale in eo qui ventis ocia mā/dat: altumqȝ ponthum littore claudit.

¶ Alia reſponſio alio modo.
¶ Epiſtola. lxxxii.

¶ Legi litteras tuas cariſſime vir. Cu/re michi erit tua petitio iuſta quidē: et iuſti plena doloris. Eſt certe non ſecus ac ſcribis. Eſt certe neſcio cuius pater tuus: ſed profecto maledici oris flatibus accenſus animo ſimul: ⁊ fronte permo/tus: cuius modeſtiam vis doloris exſu/perat/ ſed quod melius eueniret vidi ni/chil: Mundū littere tue manibus ī meis caluerāt/ dum ecce pater michi fuit ob/uius famam illam de te auribus ſuis i/iectam longo ordine narrans: omniaqȝ alto principio repetens: itaqȝ procul ce/pto vt merito quiuis de eo horatiano poſſit ſale ludere: ⁊ gemino bellū. Tro/ianum orditur ab ouo: quod ſcilȝ nō ita na/tus: non ita a parentibus eruditus: nec tuos maiores fuiſſes imitatus: multaqȝ alia verba protulit longiſſima dictu. Tan/dem ego contra ſpernenda eſſe menda/cia dixi: atqȝ vanā famam ſine fonte: ſi/ne autore volantem: vel quā maliuolen/tia texuerat: quibus verbis ex patris ſer/mone tandem noui quiſnā ille conflator mendatiorum fuerat: quem tigride peiorē diu agnoui: que ingenio vtitur malicio/ſe ⁊ perperam: nec poteſt vſquā ſatis fa/ma ⁊ hominū ſanguine ſaturari. Quod dum patris tui plenius in aures incuſſe/ram: ſedatior animo abiuit. Scias igitur multa ſupereſſe que ſpes: nec deſinā do/nec reſederit patris omnis impetus: vi/deroqȝ ſemper (vt apud plautū eſt) ne fidē fluxam geſſero. Tu interea letior vale.

¶ Epiſtola ſemiinuectiua.
¶ Epiſtola. lxxxiii.

¶ Salutationem quam dare ſueuit ſuo preſſori ſcorpio. Compertū habeo bone vir/ te gratis ad aures patris mei mendacia de me plurima cōflauiſſe: tuā qȝ nunc diu tectam inuidiam euomuiſſe quam niſi reſorbeas: ⁊ conſultius mox reuoces: condigneqȝ repares quod men/dacio peccauiſti: atqȝ etiam dederis tē/pus in reliquū frena maxillis: non leui effugies irā meam: cui facile pareo/ hāc iniuriam propulſantem. Valeto. valeto: quod verbum dum ad contraria trahi/tur: ſi adhuc in inuidia perſtas: velim in malam ſignificationem accipias.

¶ Reſponſio ad precedentem.

¶ Epiſtola.lxxxiiii

¶ Reddite ſunt michi littere tue verbis breues:non ita ſententiis: que cõminationes redolere videntur adamante duriores. Arguis me:ꝙ liuore ꝯmotus ad patris aures linguam meaȝ in tuã infamiam inflexerim. Nichil errabis ſi diligentius veritatẽ ꝑquiras:que facile ſe ipſam palaȝ efferet tuas litteras tuo rubore damnaturam/nec aliud:cũ ſepe excuſatione ſuſpicio creſcat in preſeminarũ dicturus fuero/niſi ꝙ facilius blandiciis:q̃ȝ cõminationibus vincor. Vale et ſi potes me amaſin minus :ſaltẽ non oderis/ſin nec hoc:vt libet feceris.

¶ Kurſus alia quaſi inuectiua

¶ Epiſtola.lxxxv.

¶ Salutes quas inter vngues milui aſſequitur pull⁹. Viror bone: heus bone vir:q° titulo iuſti eouſqȝ in aīo tuo ſedem liuor inuenit:qui melli venenuȝ inſeris:et me blanda ſub imagine ꝓdis:q poſt tergũ linguã aſpidis:os ſcorpionis et flatũ geris baſiliſci.timoreȝ aranee aſſumpſiſti:que et ſi mel ſugit id mox vertit in venenũ:nec diſſimulis api es.mel in ore gerenti:in cauda aculeũ.Eſt tibi coram hoīe lingua dulcis ⁊ mitis:ſed a tergo aſperior tribulis:et calcato imitior ydro.tu rides coram mulces in aure:necas in cauda ſardanino veneno ꝑſimilis quod quos ꝑimit:riſu ꝑire facit. Tu michi faciẽ blandã porrigis/non aliter q̃ȝ ſcorpio ſolet:qui prius lingit q̃ȝ pungit:⁊ tandẽ ꝓiicis ignem:⁊ flãmam more ſerpentis. Vale ſcis:q̃ȝ paratam vindicte vngulã hẽo.tu ſi viuã: docebe ris qui more ſanguiſſuge alieno ſanguini inſultas/quo modo ſanguiſſuga quo auidius ſugit:eo ſe pleni⁹ interimat.eodẽ eñ loco ſemꝑ duxi vitã:⁊ famã habẽdam/nullũ diſcrimen faciẽs inter hoſtẽ vite ⁊ fame/tu dente:et vngue in famã meã ñ ceſſas irruere:quã malo ſuſurro premis ⁊ vt mordax erugo voras:vt tinea ſulcas. Faciam vt poſthac neminẽ tua voce laceſſes.vet⁹ ꝓuerbiũ ẽ/maliciam partẽ ſemꝑ maximã ſui veneni bibere. Vale.vale vt me valere exoptas( ⁊ vt planiſſimo verbo loquar) iacebis niſi caueas. Ebulit michi ſanguis: noli furori fidere.

¶ Kñſio ad precedentem cuȝ duricia verborum.

¶ Epiſtola.lxxxvi.

¶ Salutes ille:quas michi optas:ni te rideant pro ſalute. Scripſiſti ad me litteras iracũdia ac ſtomacho plenas tui ſimilimas.tueqȝ dementie:⁊ exhauſti cerebri teſtes:quibus gaudes ſermonẽ(vt plautus refert)ore temerario.effrenato prodigo:petulante vite tue parem effundere. Contingit patrem diſſimilem ſepe filiũ generare.oratio autem diſpar moribus vix vnq̃ȝ poteſt reperiri:que ſemꝑ eſt animi certiſſima nuncia. Certum tamen habeto ꝙ nõ facile me ſermone terrebis:que de re dixi/non quia dixerim: ſed quia vera ſint dicta.fuiſſe doleas.

Tu verba fudiſti puncto cuſpidis magis acuta:ꝯtumelioſa:minacia:dignaqȝ a te:ſed nõ que michi dicerent:q̃ potius ꝯtemnẽda q̃ȝ refellenda iudico. Caput igitur ego:quotiens verba tua lego ita abiicio vt nichil hereat auribus:rapiãt oia venti:⁊ tuũ auguriũ ſꝑgant ꝓcelle/ſi qd viri de te delectet:domi ſũ nec foribus obdã peſſulũ.ſȝ ſi ſapis ex aīo tuo rãcorẽ:deponito:turgidũ quoqȝ pectus ſedato.qd niſi feceris ex aduerſo ita pectus opponam vt q̃ȝtum vires mee preualeant ſera penitentia cognitur⁹ ſis/et niſi furor impius tuus finem acceperit( ſed libuerit ſemper:vt ſoles mentis maliuolentia:liuoreqȝ tabeſcere)nũq̃ȝ ꝓceſ

ſeris libere:licenter impugne. Tu:vt fa/
cis:me minus ſemꝑ valeto: vt mereris:
qui ſi in ſolita ſemꝑ tua maliuolētia ꝑ/
ſtiteris:ea bn̄dictione fruaris:quā oues
a lupoꝝ dentibus recipere ſolent.

¶ Alia epiſtola diffidatoria et du/
rior. ¶ Epiſtola.lxxxvii.

¶ Salutem quam cretenſes ſuis hoſti/
bus optauere mala ſcilꝫ conſuetudine
delectari. Tu bone vir iam cordis tui
archana longa ſimulatione cōtecta euo
muiſti:tui maliuoli animi feces calamꝰ
tuus expuit.tu cani rabido perſimilis q
mordet manū porrigentis:eoqꝫ tamē de
terior:quo canis linguā medicinalē ge/
rit.tu venenoſam:qui omnē ſermonem
inquinas:maledictisqꝫ cōſumis dic ce/
rebrum plumbeū quid furis?quid deſpu
mas?quid dente tuo canino in rabiā ver
ſo me clam incurſas?oculis cares:⁊ lu/
ſcis inuides:bulīteqꝫ pectore famā me
am conaris cōfundere. Sed ne longior
fiam:cerebellūqꝫ tuū mole verboꝝ op/
primā:perge:perge:quo te iuidia ducet:
nec deſine oīm hominū aures :⁊ ora im
plere.fuero quādoqꝫ: ſi me deus ſuper/
ſtitem ſinat:dignam tanta beniuolentia
tua gratiam relaturus.calamū ſiſto: pi/
get em̄: ⁊ pudet tecum diutius ſcriptis
detineri:qui nō litteris dignus es:ſed nu
do ferro viſitari.ꝙ te valere velim bre/
ui ſenties.

¶ Frater ad fratrem vt a vindi/
cta auocet ¶ Epl'a.lxxxviii.

¶ Pridie ꝙ has ſcriberem auribꝰ in
ſonuerat meis cariſſime frater:te in mi/
ſellum quandā vſqꝫ adeo motū vt capi
talem in iram ſanguinis auidā proſiliiſ/
ſes:in quē nulle prorſus fortune:vl' aui/
mi dotes cōfluxere.Noui qui ſit ⁊ ꝙ fa
cile cōtemnendus:qui linguā gerit odio
rū tam ſeminatricem:vt muſcas ⁊ puli/
ces ad bella moueret alterius laudē in
ſuam iniuriam reputat:⁊ quoniā miſer/
rimus eſt omibꝰ inuidet:nemo ipſi. Te
per virtutis amorē cariſſime frater ob/
ſecro:perqꝫ prudentiam qua nulli cedis
per pacem ⁊ caritatem:qua cūctos exu/
peras:poſtremo per chriſti quiqꝫ vulne
ra quibus inocentiſſimus ſanguis efflu
xit:tuas ne manus in hūc miſellū coma
cules:nec cures quid aduerſū te moliat̄
qui tuo illius contemptu nō quidē odio
tuo dignꝰ eſt:ipſeqꝫ gratulaberis ꝙ ipſi
materiā iuidie:non contemptus prebui/
ſti.non quid ille pati dignus ſit:ſed quid
te decet aſpice nō indus elephas culicē
curat.ad quēpiam alium migret vltorē
Non em̄ tandem caſtigator ei defuerit:
qui ſuū errorem furoremqꝫ confregerit
Vale:ſed quod in abdito dixi:in abdito
ſerua.

¶ Alia epiſtola ad idem cum pre
cedente. ¶ Epiſtola.lxxxix

¶ Salutem:Rogo te frater exue bel
uinos mores:⁊ fedos affectus: Vlciſci
em̄ efferū eſt:⁊ viro indignū:beluarū ꝓ/
prium nec quidem oīm: ſed premorda/
ciū atqꝫ perferociū: Non curabis ſi ſa/
pis quid mali de te proferant:qui nō iu
dicio ſed morbo laborant.Nichil enim
clementia humanꝰ eſt. honeſtauit cle/
mentia multos.vltio nullū.Si dicas ꝙ
tibi iniuriam intulit:cum Seneca peto.
Quid queſo refert an primus pecces vl'
vltimus? Mors forte quā paras hoſtī
ei ad ceruicem ſine vllo tui diſcrimīe pē
det:quam forte ⁊ ſi valde velis:nulla po
teſtate poſſes auellere.Quid igitur ro/
go iuuat fatum fato repellere:⁊ moritu
ri ſanguine morituras manus inficere?
quid ad te ſi maliuoloꝝ lingue loquant̄:
⁊ oblatrent modo quod ſolent faciant:

nō qdē q̄ð meruiſti. Lique inuidis inuidiā neq̄ȝ illis vllū alium cupias tortorē ſatis ipſi ſe torquent: qui alienis angunť. Si velis a linguis malis tutus eſſe: bene viue. nil virtute ſecurius: ⁊ bene vale

¶ Adhuc alia epiſtola idem ſuadens aliis mediis. ¶ Epl'a. lxxxx.

¶ Pacem ⁊ ſi quid pace reris optabilius. Obſtupui animoq̄ȝ fluctuatusq̄ȝ ſum vehemēter optime frater audiens mecūq̄ȝ reuoluens quid id negotii eſſet ꝙ tantop̄e ad vindictam exarſiſti. Caue bis rogo cariſſime frater per eū qui me tantop̄e cogit amorē in te in eū: ne manus tuas ſanguine defedaueris. Ne opes quas omnis vita tua ꝯceſſit: breuis hora eripiat: ⁊ tui nomis celebritatē cōſceleret: quo tibi periculū: amicis triſticia nō deeſſet. Conſule rebus tuis: ꝯpeſce hanc ire violentiā. p̄mitte: teq̄ȝ mitigem: ⁊ in humaniorē vertā ſententiam. Nulla male dicentis oratio te ledere poteſt quippe vera neceſſe eſt bona p̄dicet. falſā vita moresq̄ȝ tui ſup̄ant Floccipēdes ſi ſapias: quid ille mendacioꝝ decoctor ſuis bubalinis mugitibus in te obganniat? Quis em̄ poterit cū dicaci rabula verbis contēdere? cuius verba potius tāq̄ȝ inſulſi aſelli rugitus eſtimabis. Contēnesq̄ȝ: ſi ſapis: alto animo illū imbecillū trunculū: viliſſimū fungū: ex terre putredine natum: oimq̄ȝ hoim fecem (qui vt ait Flaccus) Altius marceſcit rebus opimis. Velim igiť illam partem luti viliſſimā: illā vltime fecis ſordicieȝ deſpicias: tanq̄ȝ illū lepuſculum: quē canes aleris nō inuaſerunt: nec tibi ſit cure quid inſulſiſſimus ille cōuiciator tu⁹ nulla virtute redemptus: dicat agat vel moliať. Non eſt viri ranarū ꝯuiciis aut muſcaꝝ murmure deterreri: inimic⁹ ſolum voluntate eſt nō poteſtate ledendi. Parui habebis prorſus illius miſeri pediculi morſum: quē facile potis: ſi voles inť vngues ꝯfringere. Noli tali ventoſitatis tuba moueri: de cui⁹ gladio nō paueres: qui vix tibi calcetenus ſe erigit: qui non tā morſu q̄ȝ ſibillo potēs eſt Clamaui: clamo ſemperq̄ȝ clamabo: nichilipendas quod tremule cicade murmurent: ſpernit leo pāpiliones. Valeto nō minus q̄ȝ qui oim maxime.

¶ Reſponſio fratris in ſententia preſiſtentis. ¶ Epiſtola. xci.

¶ Frater fratri felicitatem dicit. Eſt: ⁊ fuit: ſemp̄q̄ȝ erit optime frater facilius conſulere: q̄ȝ obſequi ꝯſiliis. Permanet ille: de quo ſcribis ſua in maliuolentia ſemp̄ vt ſulphura vena calens: ⁊ fumās oim: qui viuunt deterrimus: qui non deſinit me inde/ feſſe nouis conuiciis inſectari/ quē ſi patiar tua conſilia ſecutus/ cornua dedero cōuiciatori: videborq̄ȝ tacens/ que de me predicat/ cōceſſiſſe: ⁊ lucē fugere: ac latitare/ tenebrisq̄ȝ celare pudorem. Frontem illi opponere ſtatui eius fronte duriorē/ vt qui bene loqui neſcit/ diſcat bene conticere: fiatq̄ȝ doctior ferro magiſtro/ ne latius in peiora diffluat omni terrore depulſo. Tā magnus michi eſt animi eſtus/ vt meipſuȝ michi abeſſe ſentiā: tantusq̄ȝ iracundie impetus tuū ſanctū conſiliū ſuperatur⁹ inuaſit/ vt ſi illi obuius fiam: nō manus potero continere quin eo tendant quo eas ducat impetus. Neſcio quis vſpiaȝ ſibi ſatis ꝯſtet: qui equo aio oīa ferat: q̄ vbiq̄ȝ: ⁊ ſemp̄ ſibiipi par: idēq̄ȝ p̄maneat Fortune oīa mando: vincatq̄ȝ queȝ illa vincere mauult. Vale: ⁊ te diligentē dilige.

¶ Rn̄ſio alia fratris ꝯſiliis fraternis obediētis. ¶ Epiſtola. xcii.

¶ Mille: ⁊ mille: millieſq; mille ſa-
lutes. Non ſatis penes me eram/ dū tue
littere fraterno: ⁊ ſancto conſilio plene:
michi ſunt exhibite: quib⁹ ego ſic redii
ad me: vt iamiā nichil magis exoptem:
q̄ inter illum/ de quo ſcribis: ⁊ me mu-
rus ſemꝑ interſit/ qui vtriuſq; ſaluti cō
ſulat. crede michi magno aīo eū cōtem
no: ac ipſum tamparui eſtimo: vt nemi-
nē minus. Tanta em̄ moderatiōe cōful-
get tuū conſiliū/ vt nemo niſi mētis iops
illi nō obtemperatur⁹ eſſet. Eatq; igit̄
ſuis ſpaciis: ſuis vtatur moribus/ tandē
ſe in ceno ſue malicie ſubmerſurus. Va
le. has apertas linquo. nō em̄ tempus ſu
per erat: nec fuit opus firmare ſigillo

¶ Alia reſponſio in optimā partē
adiūctis rōnibus. ¶ Epl'a. xciii

¶ Salutes numero multas: mole ma-
gnas: pondereq; onuſtas. Accepi litte-
ras tuas frater ad cor vſq; dilecte ſani
ꝯſilii plenas: patientiā ſuadentes omni
vindicte cogitatione ſemota. Sed vt a-
perto tibi corde loquar/ vt ſoleo/ facili⁹
queres/ q̄ īuenies qui omia equanimit̄
patiatur vix vſq̄ reperitur/ qui non in-
terdum animi eſtu vincatur. licet multi
cum valeant recta conſilia egrotis pre-
beant/ tamen quod pace tua dixerim/ ſi
doleant mente excidūt. Non poſſum fa-
teor obliuiſci vulnerū/ que nouis ictib⁹
continuo recrudeſcunt. Non digne fer-
re poſſum nouo ſemꝑ opprobrio: nouo-
q; ludibrio leſum: ac leſum iri. Et vbi
in mediū perpulchre ducis poeticū hoc
ꝙ culicem elephas minime curat/ faci-
le ex aduerſo poeticum eq; vulgatum
reddidero elephantes ſcil; porcina voce
deterreri: nec eſſe facile iuxta viperā ſe-
curum ſomnū agere. perſtat ille veſan⁹
cōuiciator meus in ſuo ſibillatu ſerpen-
tino omniū/ qui viuunt/ truculētiſſim⁹/
qui ſemper frendet vt lupus: ſpumat vt
aper: nec deſinit in me acuere dentes: et
vngues/ cui niſi reſtitero iam virtus ſce
lere victa putabitur: videborq; tacēdo
conceſſiſſe/ que potius liuori: q̄ verita-
ti accōmodat/ cuius malignitas vſq; a-
deo iam exarſit/ vt nunc eius flāma con
temni non poſſit. Fecit longa patientia
mea vt errores ſuos tutos iā exiſtimet
hinc in oīe mordacitatem defluit oīi
timore depulſo. Immunde lingue ē il-
lotiq; ſermonis/ cuius roſtrum longa:
multaq; dicacitate crebras vndiq; lites
exegitat/ vſq; adeo impetuoſi: periculo-
ſiq; anhelitus eſt: vt etiam ſaxa cogeret
irruere ſaxis. Dabit/ ſi vixero: ſue mali-
cie penas. Eſtuat michi animus/ quem
velim potius re q̄ verbis oſtēdere/ non
ē quo ſecus eius furori: quo ve alit̄ tot
inſolētiis temerariis conatib⁹ occurrat
Statui ego hoc ī caſu ꝓprio ſenſui cre
dere fortune oīa mandās/ ſed reliqs ī oī
bus tibi obtēperabo/ nō minus q̄ haſta
militi: ⁊ folia ventis. Vale optime frat̄:
meq; ſemꝑ animo geſta.

¶ Iterū alia reſponſio ad idem in
aliam ſententiā. ¶ Epl'a. xciiii

¶ Letiſſimarū ſalutū imēſā abundan
tiā. Accepi lr̄as tuas cariſſime frat̄ mul
ta rōne ꝯtextas/ quas ſi ꝯtemnerē nulli⁹
rōnis guſtū haberē. Neſcius tamē ſuꝫ/
ſi michi obuius eſſet/ an ardorē ratio/
vel rōnem ipſe ardor ſuparet. qđ tamen
potius tua ꝯſilia amplectar ſpem iā ha-
beo/ nundū fiduciā. Paulatim tn̄ ad m̄
redeo/ qui michiipſi abſens fui/ ſpero ꝙ
tua ego autoritate īpulſus cauebo/ ne
temerariā: incautāq; manū in miſellum
illū extendā. Nam clare perpēdo ſupꝰ
cuū eſſe ab homie tentari/ quod vindex
ethereus eſt facturus. Eſt enim michi
magno ponderi ꝯſiliū tuū/ q te michi al-
terū ſemꝑ ſcipionē: alterūq; piladē ſum

amicicie noſtre expertus a quo rectam
michi viuendi normam ſemp̄ conabor
elicere:citiusqȝ illū amore tui odiiſſe de
ſinā: q̄ȝ illius odio quicq̄ȝ de noſtra beni
uolentia detraham. Scio em̄ ſapientuȝ
eſſe:delicto ſuo: nō alioꝝ iniuria cōmo/
ueri. Licet em̄ inuidia eius michi diſpli
cuerit:inuidie tamen cauſa nūq̄ȝ diſpli/
cuit.ideo em̄ michi moleſtior eſt quo eū
preſſius intueor. Incipio omīa ſua par
ui habere gratias agens imortali deo:q
me eius diſſimilē fecit: id michi magne
de me ſpei argumentū fuerit:ſi eidē val/
de diſpliceam qui omīs honoris:omnis
qȝ pudoris excluſit officium. Inſea po/
terit contra murū virgis certare:atqȝ i/
nidia: acerboqȝ odio inſanire: tandēqȝ
flāma inuidie ſue in ſolum fumū euane
ſcet. Et quo magis ei oculi crepent do/
lore:ſemp̄ ſtudebo michi virtuoſior:me/
iſqȝ officioſior eſſe:ſic ſatis quo āgatur
habiturus eſt:nos autē quo rideamus.
Vale in eo qui omīa ſoſpitat. Ex loua/
nio tarde tertia martii luce cadente:vo/
lante noctua nūcia noctis.

¶ Monetur amicus de emuloruȝ
machinatione. ¶ Epiſtola.xcv.

¶ Feliciſſimas aceruo magno ſalutes.
Habes cariſſime vir in curia principis
vbi aſſidue verſaris vehementes tui no
minis inimicos:qui niſi tibi caute proſpe
xeris:tue fame maculā mox impingent:
atqȝ eoꝝ maliciā tandem ſenties latius
in tuū malum erupturam:niſi tam pru/
denter q̄ȝ vigilanter occurras. Tacere
nō potui amoris in te mei incendio con/
citat⁹.ſed nō loquar aptius tibi:qui re/
rū tuaꝝ perſpicax es quo ex his paucis
facile cuncta colligas. Omīa nāqȝ nar/
rare prolixa res eſſet longiori tempore
debita:multo attramento digna:longa/
qȝ papiro. Care vir ſis bona valitudīe
firmus:ꝛ ſi quid ex me velis:manda fi/
denter.nūq̄ȝ fuerit michi laboris genus
vllum durum:quod michi gratie tue ꝑ/
cium ponat. Ex Bruxellis iulii tertia
ſole cadente cena peracta ocius q̄ȝ ſol
ſua lumina ſpargit.

¶ Reſponſio ad precedentem.
¶ Epiſtola.xcvi.

¶ Plurimas amore ſincero ſalutes.
Sunt michi ſemp̄ littere tue fideliſſime
vir validiſſimum pingnus amoris: que
tamen vt verū fatear intulerūt nūcnunc
cordi meo puncturā acutam. iniecerunt
qȝ auribus meis(vt aiunt)pulicem quí
noctes plures motu ſuo: atqȝ ſuſurro
michi omnē quietem ademit:contra qd̄
ſola fuerit medela alia epiſtola tua:qua
quod tectius explicaueras ſignificātius
exprimas. Tu igitur cura vt omīa ple/
niſſime norim: ſed magis vt valeas : et
plurimū rogo ſcribendi ineptie parcas.
Nam quo magis in caractere atqȝ ſtilo
defectum eſt:eo magis animū meū in te
heſiſſe putabis amicā fidem:nō picturā
non verba querentem.

¶ Alia reſponſio ad idem in aliam
ſententiam. ¶ Epiſtola.xcvii.

¶ Integerrimas omī amore ſuauitate
ſalutes. Litteras tuas ornatiſſime vir
non quas optaueram:ſed quales eſſe ſi/
nunt fata mea tandem accepi. In qui/
bus ꝛſi non ceteris hoc vno tamē oble/
ctatus ſum: ꝙ propenſū integrūqȝ amo
rem in me tuū perſpicio:pro quo ſi gra/
tias tibi ſatis dignas:ſatis plenas: ſatis
qȝ ingentes nō valeam rependere:dii be
neficioꝝ memores multa tibi cumulata
mercede rependant. Satis ꝓiicio niſi au
gurio fallor:quos tua verba reſpectant
ſed figam in vela conſtātes oculos:īue/
nientqȝ me eis colubrū eſſe:ſi michi ſeſe

pꝛebeant ſcoꝛpiones. Vale/ valeantqꝫ
noſtri amatoꝛes:ſed roſoꝛes valeant/vt
me valere cupiūt. Interea quoqꝫ/ſi ſic
libeat:clament oblatrent:ſuoqꝫ latratu
ilia rumpant.

¶ Rogatur amicus/vt libꝛos no
uo caractiſandi ſtilo impꝛ̄ſſos e/
mat pꝛo amico. ¶ Epiſtola.xcviii.

¶ Letiſſimas hilariſſimo coꝛde ſalutes
Mitto hunc nunciū aut yperpiā hono
rande p̄ceptoꝛ pꝛo libꝛis ex hac noua ī/
pꝛeſſura currente cōparandis. Sed qm̄
nō eſt ipſe eius rei certꝰ ſatis cognitoꝛ/
rogo te:vt illi i hac re pꝛeſtes induſtriā
tuam/videlꝫ vt caracteres:attramentū
pelles emendationē:⁊ cūcta aſpicias:p̄/
ciumqꝫ ponas iudicio tuo/quod michi
vt in ceteris oībus/ ita hoc in negotio
erit potiſſimū. Pecuniaꝫ paratā habꝫ.
tantū ſupeſt/vt te adiutoꝛe huius facti
falli nō metuat. Curam igiť ob noſtraꝫ
mutuā beniuolentiā ſuſcipies huiꝰ ce/
rei:ſimulqꝫ michi mandabis/vt tibi pa
ratiſſimo quod per me fieri voles. Si
petis q̄ꝫ valeam/ꝓfecto letius dono dei/
q̄ꝫ piſcis in vndis. Opto ſic.etiam vt va
leas:⁊ quidē fenice diuturnius.

¶ Rn̄ſio ad precedentē epiſtolaꝫ
¶ Epiſtola.xcix.

¶ Deſideriis tuis pꝛompto cum animo
famulatū. Nichil michi amice pcare io
cūdius eſt q̄ꝫ amicoꝝ parere deſideriis/
maximeqꝫ tuis/qui me ſemꝑ plenis af/
fectibꝰ dilexiſti: atqꝫ om̄ia amicicie iu/
ra incōcuſſa: ſolidaqꝫ ſemꝑ cōſeruaſti.
Quaquauerſū em̄ flectoꝛ/ fauoꝛis ī me
tui ſplendoꝛes multos video. Nichil igr̄
michi iocūdius q̄ꝫ tibi cōmodo: ⁊ viſui
eſſe. Curabo libꝛos/q̄ꝫti equū erit eme/
re/ſecus nō delectaret emiſſe. Nā mala
emptio ſemꝑ ingrata eſt/ eo maxime ꝙ
expꝛobꝛare ſtulticiā emētis videť. Nul
ti tibi hac in re ſeruirēt longe cautius/
ſed contēdere auſim ꝙ nemo libentius.
Faciā que potero tā diligēter/q̄ꝫ libēter
gimus longam ſeriem ancilla tua. iudi/
cio meo magis loquacula/ q̃z ſecreti na
tura expoſceret. Et vt pace tua dixerim
quid hac in te fieri potuiſſet delirius nõ
video/ q̃z ꝙ muliebri garrulitati adeo ce
landa cõmitteres/ que id ſolum tacere
poteſt quod neſcit/ que inter pericula ñ
diſtinguit/ nec ſcit quid iure timeat. Do
leo certe/ vt adhuc liberius loquar cre/
ſcentibus annis: decreſcere prudentiam
Simulaui ego nichil oĩm me intellige/
re/ que diceret/ ſic ambigua: attonitaqꝫ
redit. Vale. hec tarde ex bruxellis ocu/
los iuuante lumẽqꝫ ſupplente candella

¶ Intimat filius patri ſe veſtes
perdidiſſe: veniam deprecans.
¶ Epiſtola.clxxxxiii.

¶ Metuendiſſime pater. Neceſſitas m̃
cogit: ⁊ iuſtus dolor impellit/ ad vos ve
ſtramqꝫ pietatem pro venia confugere/
quam niſi aſſequar: longius viuere non
affecto: Que michi furto ablate ſũt tu/
nice iunii prima ex archa mea: quã ob/
ſerare neglexi. Culpam igitur mee ne/
gligentie cõfiteor. pro qua ſupplex ego
pleniſſimo corde comploſis manibꝰ: a/
mari ſuſpiriis: largisqꝫ gemitibus/ ve/
niam imploro/ leges ſubiturus: penaſqꝫ
daturus quas ſtatuetis. Nichil michi
ſpei ſupereſſe putabo/ ſi vos nõ poterint
mee lachrime ad remiſſionẽ inflectere.
Iam primũ experior illud Senece: ꝙ
ſomnus locum nõ habet/ vbi dolor: et
metus habitant. Dignetur igitur pater
na veſtra pietas dolenti filio miſereri
errori ignoſcendo: veſtesqꝫ nouas largi
endo/ quo ſentire valeam paternũ fauo
rem veſtrum a me nõ eſſe alienatũ. Fe/
cerit me hec perditio donec vixero cau
tiorem. Valete in chriſto ieſu animo be
nigno: ⁊ mente quieta. Ex pedagogio li/
lii Louanii iunii prima ſopitam iã diez
dum clauſerat vmbra

¶ Reſponſio patris ſuper veſtiũ
perditione. ¶ Epiſtola.clvi.

¶ Poſtridie eius diei qua ex ſancto ia
cobo peregrinus redii: fili recepi litte/
ras/ michi quidẽ minime gratas/ quibus
ſignificas duas tibi tunicas ſublatas eẽ
ſtudesqꝫ duras increpationes meas eua
dere cõfeſſione tua confiſus/ forſan ver/
bo naſonis/ qđ numẽ confeſſis aliquod
patet. Sed ex aduerſo cum Claudiano
clamo. Quid iuuat errores merſa iam
puppe fateri/ qui tamen veniã petis: hãc
tibi largiter tribuo: atqꝫ totam culpam
in caput meũ refero: qui tibi vnicũ cor/
pus habenti tres tunicas dedi/ vnã/ niſi
habuiſſes duas/ nũq̃z perdidiſſes. Qđ
autem polliceris te in poſterũ ne idẽ ac/
cidat ꝓſpecturũ. iterũ in tui fauorẽ hanc
in me curam ſuſcipio/ ne a ſtudio tuo ni
mia cura diſtraharis. Ego paterno vo/
to tibi do fidem te hoc anno duarũ tu/
nicarũ nõ futurũ perditorem/ ſed de ea
quam veſtieris ſolam curam tibi relin/
quo: ⁊ vale felicius/ q̃z meruiſti.

¶ Alia reſponſio ad idem: ſed du/
rior. ¶ Epiſtola.clvii
Aſperrimas virgas pro ſalute. Pri
die eius diei qua peregrinatiõe functus
domũ meam rediiſſem peſſime neq̃z pla
te ſunt ad me littere tue/ quas adhuc
clauſas letis oculis vidi/ apertas autez

fronte rugata mox rupi: indignoqꝫ aio
fragmēta ſub pedes coieci. Quid ſtoli/
de miſelle fateri iuuat:quid precari:qui
totiens i hunc eundē errorē ꝓruiſti to/
tiēs correptuꝫ:totiēſqꝫ indultuꝫ. Negli
gētia em̄ tua/quā multā habes/ paucā
gemis/nouos michi ſemꝑ:ac nouos do
lores ꝓcreat/quoꝝ nullū michi finē vi/
deo/niſi quē finis vite ſit laturus. Sepe
te argui:ꝛ obiurgaui/ſed ſerpit ſemper
hoc malū longius/ quo magis impero
magis ſpernis:ꝛ reſiſtis Salire potes/pi
carū mole tippula leuior: nō te veſtium
nouo faſce grauabo. Felix vale eo pa/
cto/quo tuis magiſtris ītimaui. Sic au
tē q̄ futura ſit illa valitudo roges. Eri/
ge ad haꝝ caput in ſalutationē oculos ī
ea facile quid velim ſpeculaberis.

¶ Iterū ſuꝑ eodē filius ad patrē
dat littera deſolatorias
¶ Epiſtola.cxcvii.

¶ Cōmendatione humilima debita ve/
neratione pmiſſa. Dū litteras veſtras n̄
tam hilari aio q̄ꝫ humili mēte plegiſſeꝫ
metuēdiſſime pater mox gene maduere
lachrimis ſua ſponte ꝓfuſis:adeoqꝫ irā
veſtram expaui/vt paꝝ affuerit quī vi/
ta defungerer. cibus habitus nō capit:
ſomnꝰ cupitus nō habet:ſanitas:vigor
letitia:reliqua quoqꝫ me deſerūt omīa/
pter fletus:ꝛ meſta ſuſpiria/quibus iaꝫ
meam ꝯpenſo negligentiā. Ex quibꝰ piiſ
ſime pater/ſi me leuare recuſaueritis: et
ſemꝑ michi/vt virgilii verbū eſt/lachri
me voluant inanes/nō video quid ſuꝑ/
ſit aliud:q̄ꝫ hos breui ſim finiturus mor
te dolores. Ad pedes igitur veſtros hu/
milima genuflectione ꝓſtratus ſupplico
indulgere:atqꝫ ſubuenire dignemini plā
tationi veſtre ne areſcat:ꝛ pereat: Are/
ſcere autē neceſſe eſt ramuſculū/ſi abſci
ſus fomentū nō habeat a radice. Vale/
te optime pater q̄ꝫ feliciſſime:ſitqꝫ veſtri
cuſtos regnator olimpi. Ex louanio ori
ente ſole iulii trahente terciam.

¶ Frater ſcribit ad fratrem ſuper
eodem. ¶ Epiſtola.clxxxxviii

¶ Salutes fraterno amore venuſtas.
Frater optime parauit heri genitor no/
ſter noſtris amicis cenā certe pſplendi/
dā/vbi ſermo multus de multis/ ſed de
te pcipuus fuit/ qui res tuas cuſtodia
tenui pdidiſti. Referre verba ſingulorū
litteris foret longiſſimū dum corā eri/
mus cuncta tibi ſecrete dicam. Qđ em̄
ſecrete volumꝰ:nō tute litteris ꝯmēdat
Cōſulo tibi ne deſtiteris iteratis litteris
veniā patris pcari. In tēpusqꝫ reliquū
res tuas diligentius ſub tutis clauſuris
recūdere cures/nec fueris ſegnis:vanuſ
qꝫ auditor huius Ouidiani. Non mi/
nor ē virtus q̄ꝫ q̄rere parta tueri. Vale
ſanus:longūqꝫ ſupſtes. Ex tornaco vo/
lante calamo ac equante ſagittam.

¶ Ad idē ſuꝑ eodē. ¶ Epl'a.cic.

¶ Salutes fido obſequio comitatas.
In heſterna cena cariſſime frater quā
noſter pater cū amiciſſimis habuit mi/
lies tuum nomē verſabat/ aſſeruit fre/
quēter pater ſtatuiſſe ſe nō modicā in te
ptem reꝝ ſuaꝝ collocare/ſi tu votis ſuis
vt filium decuit paruiſſes. Dixit nāqꝫ
te noctē vino: ꝛ diē ſomno conterere/q
lectiones nūq̄ꝫ viſitas nō coactus:ꝛ q̄ ti
bi omīs incuria fluxit in more. Vereor
q̄ in te ſeuiret ſi ei eſſes obuius. Cepam
verba in tuā excuſationē inflectere/ſed
mox ego legēs in vultu aīm patris/quē
genaꝝ ſuborꝰ rubor indicauit/ſuppreſ
ſi labia/linguāqꝫ cohibui timēs ne ſi lo/
querer vehemētius moueretur. Sed cō

ſulo/ꝙ ad patrē denuo ſcribas/ſi eiꝰ irā
mitigare velis. velle autē debes ſi ſapis:
neqꝫ pñtabis te patri/donec vultꝰ prio
ris exuerit. Precaberis abſens auden/
tior: Epiſtola em̄ nec timet: nec erube/
ſcit. Interea ſūmopere conabor eius a/
nimū ſecūdo ſpirante vento molliorē ef
ficere. Reddā te de ſingulis celāda ſub
fide certiorē. Quod latius nō ſcribo da
bis veniā attrito calamo: ignoſcesqꝫ a/
nimo occupato: ⁊ parces feſſis digitis
Optime frater felix: fauſtusqꝫ valeto.

¶ Frater fratri reſpondet.
¶ Epiſtola.cc.

¶ Collegi tuis ex litteris optime frater
patrē noſtrum ex veſtium mearū perdi/
tione nondū eſſe quieto animo. Conſu/
lis denuo patri ſcribam: nec ceſſem ve/
niam poſtulare. Tuo igit̄ conſilio fretꝰ.
quo dum egui nūq̄ ſteti nō adiutus tibi
litteras mitto patri dādas his incluſas:
quas illi pñtabis ſub ſereno ſydere ha/
bita ratione tp̄is: ⁊ ſtudeas ita patrē le/
nire verbis/vt priorem ad morē aīm fi/
gat: neqꝫ deſtiteris/donec omnē irā mo
tum: nubēqꝫ propuleris. Sic quoqꝫ p̄/
gas/ vt tua induſtria te docebit. Per/
ſuaſū michi certo habeo opem tuā mi/
chi mime defuturā. Vale frater/ vt o/
pto: ego quoqꝫ valerem/vt ille/quē ri/
det Terentianus gnato conſiliū cum re
amiſiſſe/niſi te in ſpem michi cōtuliſſes:
quo fit/vt omiſſa re ſpem nō perdideri
te ſeruato. Ex Louanio iulii ſexta volā
te calamo velocibus alis.

¶ Epiſtola eiuſdem ad idem.
¶ Epiſtola.cci.

¶ Salutes plurimas beniuola penna
depictas. Studeas rogo ſuauiſſime fra
ter litteras meas his incluſas patri no/
ſtro clara ſub aura reddere. dū ſcilicet
eius facies animi fidelis interpres quid
dam letioris pre ſe ferre videbit̄. Et qd
quid viribꝰ potes: ingenio: lingua id to/
tum in rē meam accōmoda. Proderit
ſi fueris idonea tēpora nactus: ſi idonea
verba. Milies em̄ compertū ē ea/que
per ſe grata fuerūt/ex incōſulta relatio
ne diſplicuiſſe: ⁊ dura qn̄qꝫ eo tēpore: co
qꝫ artificio relata que mirū in modum
placuerūt: Et ſi primis precibus eiꝰ irā
vincere nō poteris/ nō facile deſtiteris.
Nam ſepe vidimus primas preces defi
cere: ſed valuiſſe gemiatas. Spero ſi be
ne p̄ſtiteris: nō fruſtra conaberis/ quin
aīm patris in me feceris molliorē. Exte
nua quoad poteris culpā: polliceare in
reliquū tēpus exactā cuſtodiā: et vt pau
cis verbis oīa claudam/patris gratiā/
quā mea negligētia p̄didi/tua diligētia
redime. Sed quorſum hec/inſtructore
non eges. Non eſt meū docere mineruā
Tu frater tua vetere īduſtria. Ingeniū
em̄ tuum tibi modū: ⁊ ordinē dabit/qui
patris aditus· mores: ⁊ tempora noſti.
Tu vale optime frater. ego quoqꝫ va/
leo/ſi valere ſit anxiū: ⁊ ſuſpenſū viuere.

¶ Rn̄det pater ſup̄ litteris miſſis
a filii ſui magiſtro. Ep̄la.ccii.

¶ Neſcio vir optime quis vſpiā viuat
cuiꝰ verbis fidē parē: ac tuis tribuā/q̄
nō aliud in ore gerere/aliud mēte cōſue
ſti. Ita accipio te firmiter putare eas:
quas laudes de filio ſcribis in filiū ca/
dere/ſed quia greſſibus iuuenū nichil ī/
certius/ſūme exopto vt filium expectes
extollere/p̄ſertim vt virtus ſit: ⁊ matu/
ruerit/ ne flos pro fructu: pro arbore
radix: ⁊ crudum laudetur pro maturo.
Conſilia tamē amplector tua: tuis conſi
liis tuisqꝫ p̄cibus libens pareo: filiūqꝫ ī
gratiā ſuſcipio tuis litteris prouocatus

De veſtitu:⁊ tegumento illi ꝓſpicies vt
poſcet neceſſitas:nō voluptas. Quātū
tamē poterit de moderāte te paternis de
nariis parcere diſcat multis curis mul/
toqꝫ ſudore q̄ſitis. Vale curſim ex Tor/
naco iulii vltima tarde/dū nigra celum
circūuoluitur vmbra.

¶ Incitatio in amicitiā ad homi
nē nō oculo/ſed fama notū cuz
recitatiōe nouoꝝ. ¶ Epiſtola.cciii.

¶ Plurimas felici affectu ſalutes.
Quia te virū optimū:hisqꝫ hūanitatis
ſtudiis inſudaſſe audio/quibꝰ adprime
delector/hinc trahor deſiderio vehemē
ti tui oculo viſendi meo quē te totū tu/
is in ſcriptis creberrime vidi/ qui tāta
elegantia ſcribere diceris/vt oīs tuum
calamū eloquētie fontem appellent:eū/
demqꝫ dignū/vt fulgido auro tingeret̄
cum paſſim oīs amore quodā tui noīs
capiant̄. Teqꝫ nō minus q̄ꝫ viuā quādā
Ciceronis imaginē venerent̄. Scripta
eñ tua quot lectores īueniūt/tot habēt
ſui ſplendoris admiratores. Eſt eñ ſti/
lus tuus ſplendens:⁊ reſonans miro ar/
tificio:ſub altiſſimo filo concinus ma/
gni:⁊ feliciſſimi ingenii tui monimentū.
Opto igit̄ inter nos amorē optimū in/
coari:ceptūqꝫ ſemꝑ augeri oīnī tempo/
re ſecluſo. At nō incōcinne finxit Ho/
merus Mineruam que iouis e cerebro
finxit doctos homies colligare cathe/
na aurea:q̄ꝫuis inuicem diſtēt:⁊ procul
abſint. Tu ſi me dignū tui amoris cen/
ſeas/me int̄ tuos cōnumera: ⁊ bene va/
le. Si noua petis/creſcūt apud nos cru
delia bella:multus ſanguis effunditur:
vrbes delent̄:ſacre edes incenſe ſūt:agri
vaſtati:vagi coloni. Quiſquis eñ for/
tior/is eſt ferocior miſero ſemꝑ patien/
te popello. Nullus dies nobis ſecurus
nullaqꝫ nox quieta eſt. In vtranqꝫ au/
rem dormit nemo. Omis hic res ferro
geritur:⁊ calibe.omia miſcet impetus:
ardorqꝫ pugnantiū. Plura ſcribere do
or prohibet:⁊ ſingultā rumpit verba ſin
lgultus:tremor ineſt digitis/vt ſemiten/
tus ſemiqꝫ lapſus calamus vix rurſus
vale depingat. Sed ꝙ tam longus fui
amor ille queſo te flectat in veniam qui
ad multiloquiū me coegit.

¶ Reſponſio ad precedentem.
¶ Epiſtola.cciiii.
¶ Salutes multe virtuti connexas.
Litteras tuas vir colende gratie:⁊ vir/
tutis plenas cum ꝑlegiſſem letitia repē/
te perfuſus ſum:atqꝫ vltro preſentatuꝫ
michi beniuolētie tue officiū libenter ac
cepi ab offerente/quod rogare ſtatuerā
etiā a negante. Viſa profecto michi eſt
litteras tuas legenti reſonare in aures
meas p̄clara illa Ciceronis ſnīa/que ni
chil minus eſſe homis arbitrat̄/ q̄ꝫ illi ī
amore nō reſpōdere/a quo vltro ꝓuoce
ris. Proinde vir optime mutuū amorē
libens reddo:gaudensqꝫ recipio: ⁊ quē
recipio adhuc repeto:⁊ quem reddo ad
huc debeo:vltroqꝫ ſemꝑ ī limine ſtabo
ī amiciciarū portas te hylariſſime rece
pturꝰ nō prius excluſurus/q̄ꝫ michi anī
mā mors excludet. Qđ autē ſcribis/ꝙ
apud te oīs dependeat ab armis ſuſpi/
randa tellus:flāma fame:.ferro duriter
afflicta/que quondā hoſtes victrice cal
ce calcauit.hoſtiūqꝫ riſit incurſus nul/
lo timore ꝯfuſa/vehementer doleo/ſed
eſto bono aīo hyems iā breui aderit im
mēſos ardores p̄mens/ que iras doma/
bit:cogetqꝫ algeſcere flāmas. Vale ex
Padua calido calamo : et ocius euro
octobr̄.vi.

¶ Epiſtola cōmendatiua amici ad
amicū. ¶ Epiſtola.ccv.

¶ Oblationes obſequii q̃ plurimam
pro ſalute. Exigit a me preſentiū lator
amice cariſſime litteras ad te commen/
daticias quas vt verum fatear eo trepi
dius dedi/quo tuam caritatem ego vel
parum de te meritus frequentius mole
ſtaui. Sed dum animū ſubit tua milies
michi conſpecta humanitas/ qua pro/
deſſe pluribus ſoles: deeſſe nemini/ au/
ſum ſuggeſſit pro hoc viro ſcribere/cui
rogo in rem eſſe digneris/quod ſic intel
lectum velim/ſi commode potes. Pare
bit tibi paruitas mea dum expoſces.
Vale ex Mechilinia raptius curſu le/
pori dum ſancti laurentii dies feſtus il/
luceret.

¶ Reſponſio deſcriptiua inconſtā/
tie eius pro quo rogatum eſt.

¶ Epiſtola. ccvi.

¶ Salutes dulci amore ſpirātes. Vbi
prima facies tuarum litterarum vene/
rande preceptor ſe in oculos cōgeſſerat
meo gratulabar amori/ſed errori com/
patiebar /quo intimius a te dilectuȝ q̃
cognitum cōmendaſti: τ quidē viruȝ ad
omnia recta conſilia ꝯtumacem/in quo
nulla virtus eſt. nullus reſpectus hone
ſti: nulla dictorū fides: factorumqȝ con
ſtantia/cuiꝰ animus ad lunā mutat̄: at/
qȝ cum omni vento caduce frondis mo
re circūuoluitur. Inſtarqȝ vētilogii ad
omnem flatum vertitur: itaqȝ rotatur/
vt in quā ꝑtem ſit caſurus ſciri neque/
at/in quā aptiſſime cadit illud Petrar
che: ꝙ difficile ſit cani lectuȝ ſternere: q
accubaturus huc: atqȝ illuc in girū ver
titur/vt neſcias vbi puluinar colloces.
Supereſſe video vt te tandem cōſilii: et
me peniteat obſequii. Nam quicquid ei
fauoris preſtiteris ocius ex eiꝰ memori:
q̃ anguilla ex manu cōpreſſa elabetur.
Multa habȝ ſigna, inconſtantis animi
non habentis tenorem ſui. Nullis conſi
liis acquieſcit: ſua ſemꝑ temeritate mer
gitur et difiduit. Non mollius audit a
micos/q̃ vt ſtatii verbuȝ eſt tenues cu
rant vaga flamina nimbos. Si igit̄ fa/
me tue bene conſultum iri velis / illud
ꝑneceſſarium eſt videre qua rōne hunc
hominem/quo nemo magis ſuo impe/
tu abuti ſoleat a te amori defendiqȝ cō
ueniat: Malo enim ego obediendo ami
co /parum prudens videri/q̃ per con/
tumaciam de prudentia gloriari: eiuſqȝ
cauſe ſuccurrā: an recte fecerim: a te rō
exigatur. me excuſabit obſequiuȝ. Tua
enim auctoritas michi pro ratione ſuf/
ficit. Vale ſemperqȝ precipe: tuus ſemꝑ
fuero/ſi tempus poſtulat aut res.

¶ Frater fratri intimat ſeniorem
fratrem militē cretū: et in capi
taneum delectum.

¶ Epl'a. ccvii.

¶ Summa ſummo vigore ſalutes:
Frater noſter ſenior amantiſſime frater
in capitaneum delectus eſt/non tam iu/
dicio q̃ errore: que res illius nature ma
le reſpondet. Nam ſemper ab adoleſcē/
tia ſola hoſtis inſpectiōe mox expalluit
cōtremuit: obriguit: et ſalutem pedum
celeritate queſiuit/qui non modo: terre
tur/ſi gladium micantem in hoſtiū ma
nu cōſpexerit/ſed ſono et vmbris: τ nu/
do nomine belli/cuius arma nō tā ei tu
tamini ſunt/q̃ oneri /qui poſt vmbraȝ
caloris impatiens. et pulueris ſoleȝ fer/
re non poteſt: nec poſt ſudorem galeam
Nam ſtatim dum percaluit/vel leuiſſi
mo motu agitatus eſt/in ſudorem/ſicut
nix: ſole reſoluitur. Miles tamen crea/
tus eſt/ſed infra famam vocabuli man
ſit. Elegans quoqȝ perſona eſt formam
certe dignam habēs/cui virilior animꝰ
obtigiſſet. Iuniori autem fratri noſtro
militia foret maiori decori/cui martius
labor iucundus eſt/ qui non tam ferrū
ſplendidum amat/q̃ cruentum. Tante

q̃ agilitatis eſt/vt nec curſu.nec ſaltu: nec enſe:nec arcu ſuperetur/ ſed vt magnus belli artifex indifferens eſt vel equis:vel pedibus:terra: vel mari dimicare/quem oĩes imitari conãtur/nulli aut pauciſſimi poſſunt. Vale:⁊ longũ viue ſuperſtes. Ex Mõtib⁹ raptiſſime iunii quinta.

¶ Ad amicum cõmendatio iocoſa cuiuſdã glorioſi: ⁊ latiſſimi hominis. ¶ Epiſtola.cc.viii.

¶ Salutes plurimas leto riſu cõmixtas. Dum calamũ ad has ſcribẽdas atramento illitum papiro cõnecto vir amice/ſentio michi ſuboriri titillationes inriſum/quẽ vir conſpecui. Cauſã facile agnoueris:ſi harũ latoris comitẽ parũper audiueris/ quem queſo videas: vtaris:colas:mercuriũq̃ vanno cõuoluas. Audies elatam beluã ventoſo inflatã tumore/ qui ſeipſum adeo leuat/ ac eoli filius eſſet:vel aliis celicolis natus: oĩſq̃ celi cardines pambulaſſet/ qui ſeipſum ipſo apolline plenum exiſtimat putans merũ ſalem.eſſe quodcũq̃ loquatur/ quaſi ex deoꝝ regiſtro ſecretis oculis inſpecto oĩa colligeret. Septem illos quos grecia tulit ſapiẽtes lõge poſt ſe facit/ quo tamẽ nullus viuit ebetiori ingenio:aut tardiori:aut magis ignauo. Vſq̃ adeo ſe ſapientẽ predicat vt eo in lucem producto tercius e celo cecidiſſe videatur cato:⁊ quaſi totã minervã iam ebiberit liquefactã:vel incluſum habeat totum in cerebro iouẽ. Tãtũq̃ demens eſt/vt ſibi decerni ſtatuam poſtularet:virq̃ dignaret̃ habere preconem ſue laudis homerũ:nec quãpiã dignũ reputat/qui veſtiũ ſuarũ fimbrias contingeret/ſed dignũ ſeſe qui iouis aureum tronũ:ſolis radiantẽ domũ. deoꝝq̃ atria: ſuperũq̃ templa cõſcenderet. Sed vale:vale. Hec ſcribens riſu diſſoluor/ſed hunc hoĩem ita tibi cõmendo/vt illi adſis:eũq̃ videas:audias:⁊ tecum habites.

¶ Epiſtola cõquerens de incendio armigeroꝝ ad creditores/vt termĩos ſolutionis prorogent. ¶ Epiſtola.ccix.

¶ Salutes multas ſancto tandem fine cõcluſas. Ad vos oĩs nũc ſcribo amiciſſimi viri vnis quidem nõ diuerſis litteris putans hos epiſtolis nõ debere diuidi/quos vnus amor:vnaq̃ cauſa cõnectit. Parcatis queſo ſtili ineptie. Dolor eñ ornatum nõ habet: neq̃ egra eẽ poteſt:aut triſtis eloquẽtia. Vxor ⁊ proles vna mecũ oĩa perdidimus preter manus:⁊ animũ/quibus neruoſo conatu decreuimus vti ad queſtũ donec grauamina alieni eris a collo propulerim⁹. Omia noſtra igni ſeuiſſimo concremarunt armigeri/ ſed facilius dolorem lenirẽ meum:niſi vobis debitor eſſem. Sꝫ iam ſi animos veſtros in me benignos nõ habeam:⁊ ſolutiones in longius diẽ protrahere non libeat/nichil ſpei ſupeſt quin vagus fiam:⁊ profugus:⁊ quocũq̃ ſors me duxerit/deferar hoſpes. Sꝫ magna ego ſpe ad veſtras pietates me cõuerto/quibus innixus exurgere ſpero ſi cõpati libuerit michi:⁊ ſolutioĩs terminos gratioſius extendere. Quod vt benigniter facere dignemini p̃cibus multis imploro:⁊ obſecro.quod ſi feceritis: me nũq̃ omiſſurũ accipite/quod vtilitatibus veſtris conducere perſpexero. Valete colendiſſimi viri:fidemq̃ in me ſinceram habeto te omni timore dimoto. Scriptum ſub blauio celo luna ſupplẽte piem in loco/quem preſtiterit illuiſſe.

¶ Reſponſio ad epiſtolam preſcriptam. ¶ Epiſtola.ccx.

¶ Salutes ſtabiles ſine carẽtes. Quã-
tum nobis doloris acceſſerit ex infortu
nio tuo vir cariſſime: facile poteris ex
noſtro ſingulari in te amore iudicare
Pupugit certe corda noſtra ep̃la tua/
que lachrimas noſtris ex oculis nõ pau
cas excuſſiſſet/ſi mulierũ more in fleti-
bus cõſolationẽ iacere putaſſemus. Cer
tum habeto animũ erga te noſtrũ imu-
tari nõ poſſe. ficta em̃ heus nimiũ ficta
eſt illa amicicia que/cũ fortuna: nõ cum
virtute decurrit. Cum em̃ intelligimꝰ ꝙ
forti aĩo ſis/ maiorem letitiã ex tui ani-
mi ꝯſtantia ꝑcipimus/ ꝙ ex iniuria for-
tune dolorẽ. Nõ es habiturus nos tuis
votis refragatores. Liberũ igitur aditũ
ad nos: liberũq; abſceſſum his noſtris
litteris ſigillo firmatis pollicemur datu
ri operam nõ modo debiti noſtri dilatio
ne/ſed om̃i adiumento/quo ad noſtra fa
cultas erit/ vt proiectatus: ⁊ conculca-
tus exurgas. Multi ceciderunt vt altiꝰ
reſurgerent. Nichil fortuna cepit quod
non dederit: ⁊ quod nõ rurſus multo cũ
fenore reddere poſſit. Solent vehemen-
tes fortune pulſus breues eſſe. Qꝛ pa-
tiens es/fortuna laſſabitur. Non minꝰ
voluuntur aduerſa/ ꝙ grata. oĩm equa
vertigo eſt. Tu igitur poſthabitis omni
bus omni do ore deiecto: ad nos redeas
⁊ quidem fidenter/ vt debes: lete vt ſo-
les feliciter vt ſperamus. Vale in eo/ q
fortunã donat: ⁊ aufert.

¶ Excuſatio nõ ſcriptionis ꝓpt̃
qualitatẽ tempoꝝ. ¶ Ep̃la. ccxi.

¶ Salutes ſtabiles om̃ibꝫ firmo ꝯſtantio
res. Scio frater cariſſime noſtra pluri-
mũ intereſſe/ vt perſepe alter alteri per-
ſcribamus: Si tamẽ hanc facultatẽ mi
chi quis caſus eripiat/mea tamen iñ te
officia conſtabũt/non ſecus: ac ſepe ſcri
berem. Et certo tibi dico/ vt certius nũ
ꝙ niſi tua in me fides maxie poſſet/ vix
has ad te ꝑferendas litteras hac tempe
ſtate dediſſem. Scis em̃ ꝙ varie ſint ho-
minũ ſuſpitiones: ⁊ ꝙ promptiſſime lin-
gue: ꝙta vix hoĩm: ⁊ tẽporis: ⁊ ꝙ incer-
ti oĩm rerũ exitus: ꝙ flexibiles hominũ
volũtates: quid vndiq; inſidiarũ interuo
lat/que partim adſunt: partim impẽdẽt
Si quando tamẽ reſiderit belloꝝ impetꝰ
vt aliqua alia tot luctibus alia cogita-
tio inſeri poſſit/ nõ litteris modo ſed vo
luminibꝰ te fatigabo. Vale ſub leto ſy-
dere vt tuus honor: tua virtus: tua me
rita poſcunt.

¶ Aliud exemplũ excuſans non
ſcriptionẽ propter mẽdacia po-
puli ⁊ nũcioꝝ. Epiſtola. ccxii.

¶ Amicicias puriſſimas multa ſalute
fecundas. Et ſi frequenter ex me noua
ſcribi expoſtulas honorande preceptor
non auſim tamẽ in hoc tempoꝝ turbine
aliquid calamo cõmittere. Nam q̃ diffũ
dit rumor: que fama diſpergit/tantũ ſe-
pe abſnnt a veritate/ ꝙtũ lumen diſtat
ab vmbra: ⁊ que creditu difficiliora ſũt
ꝙ iſſe diem ſine ſole/dixeris. Quod em̃
vulgus nũciat in aures meas nullo põ-
dere cadit/ cum non ex rebus que dicat
trahere didicit/ſed eo tendit quo ducat
ſollicitudinis impetus. Inter labia ad
nutum ſermo naſcitur ſibi re nulla re-
ſpondente figuloꝝ more/quibus/ vt gre
coꝝ verbũ eſt/ollis anſas conceditur ꝓ
libito apponere. Semꝑ hos habui riſu
dignos/qui dãt aures ſibilo vulgi. Par
uiq; duco quid loquat̃ garrulus popu-
lus/ qui ciconiarũ inſtar roſtris in hu-
meros ductis vagũ ſonum mittit in au-
ras/qui ſi admiſeram aliquã vel matro
nulã ſerpſit/mox vniuerſa ꝑuagatur ꝓ-
uincia. Quis igitur niſi ſenſus inops fi-
dem dederit ceco rumori/ qui tam tre-

mulo nititur fundamento. Sed de his finem facio/ne dum loqui nimiū audeo videar obloquut⁹. Vale: ⁊ a me te amari cōſtātiſſime tene. Cur aūt iam te viſitare non poſſum/foret cauſa ſcriptu longior/ꝙ feſſis iaꝫ digitis: tritoqꝫ calamo pingi poſſit. Ex Brugis mane martii decima priuſꝙ totas aurora tenebras dimouiſſet

¶ Cōmendatur amicus amico.
¶ Epiſtola.ccxiii.

¶ Cariſſime fautor letiſſimus tibi abſit animus: ⁊ plurima ſalus. Nō ad te ſcriberem/ qui tibi totiens precibus meis oneri fui: niſi huius amici mei/ qui has perfert maximus amor/quo etiam te amicum vincere paro/me viciſſet. Tam vulgatus eſt eīn tuus in me amor in auribus hoīm/vt quiſquis tua ope egeat ſeſe primo exiſtimet meo egere interuentu. Rogatus igitur rogo: non eo more/ q° nō rogat⁹ ſiluiſſem/verū nō admonitus rogaturus/ſi rogantis animū mimo flatu prenouiſſem/vt hunc amicū meuꝫ integre cōditionis: ⁊ mētis hominē meo nomine in his/que tibi deuelabit habeas ſūmopere cōmendatum/ quo intelligam has meas litteras tantū ꝗtum rogans ſperauit: ⁊ ego ſcribens confidebā apud te pondus habuiſſe. Vale: ⁊ me illum ſemꝑ expecta/qui tibi in dies ex caro faciat cariorem.

¶ Rnſio. ¶ Epiſtola: ccxiiii.

¶ Ante oīa fautor optime ſalue. Cōmendaſti michi vir amiciſſime tui nepotis optimi viri filiū in geſtu: ⁊ facie patri vſqꝫ adeo ſimilem/vt in vno corpore vtrūqꝫ cognoſcas/cuius res in turbido poſite/ſunt vt curam amicoꝝ celeri occurſu exigant/alioquin periculū ſubiture/cui animo indefeſſo aſſiſtere non tardabo tua amicicia tractus/ quā ais in fronte epiſtole tue multis teſtibus confirmatā/tum propter īnumera in me cōgeſta merita patris: que nūc taceo: ea nāqꝫ ſi promere pergo vereor ne aut oīa recenſendo nullū ſcribendi faciam finē: aut pauca attingendo oblitor videar reliquoꝝ. Valeto feliciter: meqꝫ eius patri cōmendatum reddito.

¶ Alia reſponſio ad idem: ſed alio ſenſu. ¶ Epiſtola.ccxv.

¶ Salueto. Illum quē michi colende vir tantopere cōmendaſti/eo quippe maiori ſtudio/quo minori iudicio tempore longiſſimo noui virum eſſe amicicia frigida: tenui fide: ⁊ parca virtute: non dignū in quē beniuolentiā tuam figas: ⁊ merita conferas. Dicax eīn eſt: plurima pollicetur: pauciſſima preſtat. Non eīn eſt facile dictu/ ꝙ ſit agendis ambiguus: ꝙ cōtrariis deſideriis affici videatur/ꝙ parūqꝫ ſibi conſtet: qui arūdinea quadam leuitate facili vento nūc huc: nūc illuc impellitur. Nā quotquot addit conſulens (addit certe plurimos) tot accipit ſententias qui tandem tamē conſilio nichil/ſed cuncta temeritate: ac veſania proſequit̄. Pudet me hoīs leuitatē referre/que facilius accuſari: ꝙ emendari poteſt. Tu tamen cum has legeris lacerato/vt etiam eo cautius nūc ſue fame conſulamus. Non tamen quid ille mereatur intuebar/ſed quid per me fieri decebat a te mei amantiſſimo prouocatum. Sibi igitur aditum facilimū dedi: promiſiqꝫ operam ob tuam cōmendationē ſibi nullatenus defuturam. Si quid velis reliquū confidenter impera: fueritqꝫ michi ſemꝑ cure nequis meis ī te obſequiis me ſuperet: vł in amicicia preferatur. Vale. viueqꝫ dies proſperos ⁊ ſine ſuſpirio noctes.

¶ Scribitur auūculo/vt reuocꝫ
nepotem amore captum/ne ſe
inconſulte miſero matrimonio dedat.

¶ Epiſtola.ccxvi.

¶ Salutes plurimas amico fauore
fecundas: Nepos tuus/niſi mox obucē
ponas cariſſime domine/ſe dabit matri
monio. Amat enim pauperis viri filiaꝫ
ſaxumqꝫ voluit/cuiꝰ pater opes/ſic obli
gurunt ſuas/vt non habeat quo tegmi
ne vellet iure tegenda: neqꝫ teſtam qua
poſtulet ignē. Sed cinctus eſt odiis mꝉ
tis. nudꝰ bonis: et nudus amicis. Ardet
is nepos tuus ſeuiſſimo illo veneris ig/
ne/quē non facile extinxerit/niſi aliqua
induſtria tua eundem in alia loca tranſ
tuleris. Tante enim pulchritudinis pu
ella eſt/vt non ea aſtrorum ignis: neqꝫ
lucidus ether pulchrior ſit. procero eſt
corpore: facieqꝫ venuſta. Mirum dictu
quis corporis candor: quis oculorū de/
cor: que genaꝝ gratia: os enīꝫ humeroſ/
qꝫ diis dignos habet ſua fronte potens
ſernare ſydera/vt videat aut dea: aut
phebi ſoror. aut nimpharū ſanguis vna
quam ſi optimus ille formaꝝ elector iu
piter priſtinus tpibus vidiſſet/ſpreuiſſꝫ
ora. Diane nec ledā cigno: nec auro da/
naem fefelliſſet: nec hanc nube: nec illā
tauro/ſed hanc ſolā adamaſſet: oiſqꝫ a
lias in hac vna cōſpexiſſet/cuiꝰ etiā lin
gua varia micat arte loquēdi/cui cede/
ret/ſi ex tumulo tullius exſurgeret. No
uit miro artificio iuuenū aīos blandis
oculis: blandoqꝫ ſermone excitare: geſtꝰ
habet ficta facetia plenos/quā ſi vide/
res non poſſes gratiam moꝝ ſuoꝝ quaꝫ
foris effert vſqꝫ ſatis admirari/quo ma
gis: atqꝫ magis nepoti metuendū eſt/ne
quid ſubito temere egerit/quod eū per/
petuo afdixerit: ſed vale: ageqꝫ quod ex
pedit. Timor periculi feſtinantiam po/
ſtulat. Ex tornaco iulii ſexta nocte fere
media ſomnum ſuadentibus aſtris.

¶ Reſponſio ad precedentem.

¶ Epiſtola.ccxvii.

¶ Obſequia prompta ꝑ ſalute. Cuꝫ
gallus preco diei lucem voce ꝑuigili nū
ciaſſet honorande vir: atqꝫ aurora ali/
quid luminis afferre cepiſſet/inſultauit
liminibus meis famulus tuus ceno aſꝑ
ſus: circūlitus ſudore: litteras tuas ſua
uiſſimas afferens quibus vir ꝑlectis va
ga quidem michi: et dubie mentis mox
adſunt auguria/quo dubiꝰ reddor/ qd
agam more ceci palpātis/que vel qua
ſit via querentis/cuius oculus baculus
eſt: et dux fortuna. Loco igitur baculi
fratri meo litteras ſcribo cōceptui tuo
cōſonas/fortune cetera mandans. Te/
nor litterarum eſt ꝙ mox iiſdem inſpec
tis omni re alia poſthabita ad me non
tam currat ꝗ̄ aduolet. neceſſitate mag/
gna cogente/qui ſi frigidior fuerit tue
virtuti erit auribus eius calorem infla
re. Si ille in laqueum inciderit: iam ma
gis perditus eſt/ꝗ̄ ſtuppa in etna. No/
ſco matrem que virū habuit turpē/cu/
ius vultus vix humanus videbaṫ/viſa
fuiſſet bipes/niſi erecto in celum capite
ambulaſſet/mox vrſum iudicaſſes: quo
mulieri viſum eſt virū indignum: cui tā
pulchra ſpecies cōdormiret/dignum tñ
quam ipſa deciperet/quem aūt iam vi/
rum habeat. inſcius ſum. Id tam̄ vnū
ſcio dictam matrem ingeniuꝫ habuiſſe
validū oīs femine idoli capaciſſimum.
Ita enim omniū mulieꝝ technas. dolo
ſaqꝫ illa amoꝝ retia tēdere: cōpedes ſtri
gere: et (vt aiūt) caput ligare ꝑnouit/ vt
ad miraculū vſqꝫ ſua aſtutia protende/
retur. Sorores habuit tres quibus non
Helenā pulchriorem ꝓtuleris. Ita tñ
laſciuiꝫ: et gule deditas/quaſi eſſent ī hir
cum: et ſuem tranſformate. Rogo me
certiorem facito/quid agant: vt viuant

quid quoqꝫ fortunarū beant:et vale re ge beatior.

¶ Reſponſio ad id quod in calce precedentis epiſtole petebatur ¶ Epiſtola. ccxviii.

¶ Cupidū obſequiū loco ſalutis. Tibi in ſecreto:et vt aiunt ſub pollice ſignifico ꝑdulcis amice eas ſorores/de quibꝰ in calce litterarū tuaꝝ meminiſti oēꝫ pudiciciaꝫ:omnēqꝫ verecūdiaꝫ vino ablui que nō ad ſolem ſed ad faces:et cereos viuunt que raro ante educāt.oculos heſterna graues crapula:noctiſqꝫ vigilia: ꝙ rurſus apparere:nox ceperit/vt i eas illud Virgilianū cadat:illis ſera rubēs accendit lumina veſper. Ubi tn̄ eas aliqn̄ baſilicas viſitare ꝯtigerit:vel theatrum/ita ſe ornant/vt quas deformes ante putaſſes quālibet iam cultā/ipſaꝫ venerem arbitreris/q̄ etſi multos anos poſt terga relinquant/adhuc tn̄ ſentire videnť ſub earum vetuſtis pellibꝰ adoleſcentie eſtus:et prioris etatis prurigines que nec veneris flāmas (vt Ouidii verbum eſt) nec ſeuos effugiunt ignes:ñ prius terminū luxurie ꝙ vite habiture. tot amant/quot vident iuuenes forma coruſcos:nec pudorem miſcent amori. Norunt incendendi modū mira arte cōponere id quoqꝫ nolle/qꝺ velint:⁊ velle quod nollint ſimulare:et lachrymas/ ſi opus ſit/gratis profundere. Nichil cōcupiſci poteſt quod nolint:nichil volūt quin audeant:nichil audeant /quod nō perficiant. Non facile earum ingenium artes:dolos laqueos expſſero. Ita docte ſunt adoleſcentulos vncis:et tendiculis trahere:ſuiſqꝫ cathenis ſtringere: quas nec euadere:nec vllo impetu confringere pn̄t. Maior natu ſciuit mirabili dolo/dum ſibi flos etatis adeſſet/ furta tegere:oculoſqꝫ vellare mariti. Coegit enim artificio lingue maritum ſuum:dum viueret/in dubiū vertere qꝺ viderit:et ſi verbis nō valuit: excuſauit lachrimis blandiebatur oculis:vł ſeduxit oſculis. Vale longior eſſe nō poſſuꝫ ſera nocte preuentus.

¶ Arguitur amicus ab amico ꝙ non fuauit pollicita frequentis reſcriptionis : et noua petunť.

¶ Epiſtola.ccxix.

¶ Salute in eo ſine quo ſalꝰ eſſe nō poteſt. Pollicebaris michi cariſſime dn̄e abſcedens aſſertiōe multiplici/ꝙ ad me ſepe ſcriberes/quo me feliciorēꝫ eriſtimarem/ſi per te pollicita ſeruarenť. Si igiť adhuc vt ſemꝑ feceſti me inter tuos teneas dignū:deniqꝫ me tuis litteris cenſeas/te vehementer etiā:atqꝫ etiam rogo tuis me diſertiſſimis ſuauiſſimiſqꝫ litteris in hoc pellago:et aduerſitatum turbine:nōnunꝙ viſites:reficies:ornes. Plane hoc tue virtuti haud quaꝙ deeſſe patiare/ꝙ a tua in omnes ſemper tuarū epł'arū liberalitate tui cupidiſſimus excludatur.ego eñ ſi te noua curare putarē:ſcriberēꝫ ad te creberrime quͦtidianaꝝ litterarū lōgo cōmentarios/ q in ſarcinā creſcerent cameli aut elephātis. Sed ſi te rite noui intereſſe tua arbitraris hec hoīm tedia:mendoſaqꝫ deliramenta ignorare. Contra ego ad omīa noua:inclinatas aures habeo. Si quid igitur de ſecretis futuris adhuc pollicetectis odorare ſagatius poteris ſignifica.ſi quid occultius fuerit annotabis. Vale:et quo citius potes me viſita. ~~Clamant domi mee pro aduētu tuo an~~ſeres et pulli:et graues rauca voce capones

¶ Rn̄ſio. ¶ Ep'la. ccxx.

¶ Salutarem in vota proſperitatem. Frequenter deſidiā meam arguis perꝺſtans amice qui litteres ad te non dem crebrius. Poterūt tamen loci diſtantia

et tabellarioꝝ penuria paulis per ſegni
ciem meaꝫ alleuiare. Et ꝙuis me negli
gentie noīe apud te ſuſpectum eſſe do/
leo/non tamen/taꝫ moleſtum fuit accu
ſari me abs te offitiū meum ꝙ iocundū
requiri/vt ſepe ſcriberem. Eſt enim ſū/
mi amoris negare veniam vel ſilentio: ꝟ
breuibus epiſtolis amicoꝝ/cum preſer/
tim ſcias illis coſtare rationem. Deſine
queſo ex tepido calamo amiciciā tepi/
dam iudicare. Spero enim noſtras ami
cicias longe firmiores ꝙ que paruo ſilē
tio perire poſſint. rebus enim et effecti/
bus amiciciam ſemper confouendā exi/
ſtimaui/non lingua: verbis: calamo ne/
qꝫ amiciciā gero inſculptam vnguibus
vel cuti impictā/ſed cordi et mēti ad cē
trum vſqꝫ impreſſam /quo nullis ven/
tis defluat: vel nullo ſapone: nulloqꝫ li
xiuio abluatur. Non ſic animus meo iu
dicio ex calamo pendet/vt pigritāte ca
lamo animus pigreſcere iudicetur. Lō/
gior eſſem/ſed clamitat nūcius litteras
numerat: et ſillabas/quarū nulla tā bre
uis eſt/que ei non longiſſima videatur.
ſuſpirat celumqꝫ ſuſpicit ⁊ ſol fugit.
Et vereor ne dum michi obſequor illi
ſim incōmodo: eoqꝫ forte feſtinior eſt/quo
dies valde declinat: Inſtatqꝫ nox ami/
ca predonibus. Vale. Tu facile qđ ca/
lamo deeſt intelligentia compenſabis

¶ Excuſatur ſilentium: et petitur
ſcriptio.

¶ Epiſtola .ccxxi.

¶ Amicicias conſtantia firmas loco ſa
lutis. Raritas nūcioꝝ cariſſime vir me
vti ſilentio longo coegit. Hoc tamen la
tore aſpecto ceſſare a ſcribendo non po
tui/ne non ſolum tuo/ſed etiam meo de
ſiderio negarem/quod me videbam of
ficio veteris amoris debere. Velim tibi
perſuadeas aīm erga te meū immutare
nō poſſe: Nam neqꝫ tu cōmittis/vt mu
tari oporteat neqꝫ is ſum qui amiciciā
ſine cauſa diſſoluam. Tenax amicoꝝ ſū
tarde tñ in amiciciam venio/ſed recedo
tardius: nec ſoleo amiciciā ſemel partā
dirūpere: vel vt propius verba Tullii
attingam: nec eluere: diſſuere: vel diſcin
dere: vel veterem amorē nouo amore /
vt clauū clauo expellere. Non facit in/
teruallū loci amicorū aīos diſſidere.
Non ſemꝑ cum amico pñtem eſſe licet
non ſemper decet: non ſemꝑ expedit: nō
ſemper oportet. Sed litteris inter abſē/
tes imago refulget preſentie/quibus a/
nimū cum amico miſceamus. Quare ro
go interludamus frequēter epiſtolis qua
rum eiuſmodi vſus eſt/vt locis diſiunc
cti iungātur affectu: iiſdemqꝫ amicicia
cepta quaſi firmis anchoris ꝯtinetur.
Finem do. Vale: ſomnus em̄ inuadit ocu
los: et digitos meos pendulos reddit et
calami male tenaces: puluinar me vo/
cat daturum obliuia curis.

¶ Reſponſio cum petitione ꝙ va
litudini intendat.

¶ Epiſtola .ccxxii.

¶ Suauiores omni dulcedine ſalutes.
Litteris tuis popoſciſti vt frequenter
ſcriberem/id futurum polliceor/ne tibi
negē quod poſtulas: ne quoqꝫ īmutem
quod iam diu michi in vſum fuit. Taꝫ
fortis em̄ mihi ſꝑ amicicie nexus fuit/
quem non facile vlla diſſolutione ſeiun
gi poſſe ꝯcedam. Neqꝫ vanus fuero Ci
ceronis auditor/qui precepit cunctis re
bus amiciciā anꝑoni debere/quā e vita
hoīꝫ demere idē exiſtimat/ac ſolē e mū
do tollere. Hanc igitur velim in me al/
tius infuſam exiſtimes/ꝙ qui poſſit ob
abſentiam euolare. In animis enim a/
miciciaꝝ ſedes eſt/qui animi in vera a/
micicia/⁊ ſi corpa diſtāt/diſtare nō pñt
cū ſibi ſeſe ſic miſceant/vt vnus fiant. Ce
terū audiui qđ nō paꝝ dolui te ſubegro

tū eſſe. Hichic rogare me amor impel-
lit/vt eo amplius tue ſanitati intendas
q°plures amicos optimos habes/quos
tua bona valitudine velis reddere ꝯſo-
latos/inter quos me letiſſimū dabis/ꝗ
tuā optimā ſoſpitatē nō minus libenter
audiam/ꝙ̄ ſentiam meam. Viuito let⁹
veteriſqȝ noſtri amoris/quo diſtantior
eo tenacior eſto. Ex Leidis decembris
vltima tarde/dū ſuaderēt cadentia ſy-
dera ſomnos.

¶ Mittuntur amico capones·

¶ Epiſtola.ccxxiii.

¶ Salutes tam habūdas vt ſaccos re-
pleant:ſportas et bigas. Mitto tibi ca-
pones ſex bene caudatos:⁊ iudicio meo
ꝑpulchros/et ſi forte hoc te magis iu-
uat/etiam pingues. Tue erit bonitatis
nō doni valorem/ſed mittentis affectuȝ
pōderare. ꝙ̄ꝙ̄ eñ munuſculū paruū ſit/
id tñ offert leta manus:et magna volū-
tas. Et ſi quid ex me vis:inclino hume-
ros ſibi a te faſciculū imponi expectan-
tes. Tu ſaluus viue:valeqȝ beatus.

¶ Rñſio ad epl'am pcedendem

¶ Epiſtola. ccxxiiii.

¶ Salutes multas cum dilectionis ar-
dore. Cum feſſa membra lectus et laſ-
ſas puluinar aures ꝯfouere cepiſſet: al-
tus quoqȝ ſomnus me oppreſſiſſet/ecce
pulſat ad valuas:inſultat:clamitat nū-
cius tu⁹: Offertqȝ mox intro miſſ⁹ mu-
nera tua/que leto vultu duplicauit/ꝗ
ſtatim vt venit regredi voluit/quo deſi
derio meo abſtraxit quod tuis iuſſibus
addidit/ſed ea longe magis adauxit epi
ſtole tue dulciſſimus ſonus/qui aures
plus reficit meas/ꝙ̄ ſibilantis aure nau
tas mollior ꝓcella delectet. Habeo tibi
oblati muneris gratias multas/ſed ma
xime vellez/ꝙ numerū ꝯtractior:ſed lit
teraꝝ liberalior eſſes/que mox viſe cor
meum rapiūt dulci ſermone diſerte.
Vale. Ad lectū rurſus me vocat ſopor
infra nox/longē ꝑuecta. cadunt palpē
bre. digitis elabitur penna. patiuntur o
culi mira grauitate ſoporem.

¶ Scribit vniuerſitas ad conſiliū
pro priuilegioꝝ tuitione.

¶ Epiſtola.ccxxv.

¶ Premiſſa recōmendatione decenti:
ac debita. Viri egregii dñi:amiciqȝ no-
ſtri cariſſimi:mittimus iamnunc ad pre
ſentiam dñationū vr̄aruȝ venerabilē vi
rum dilectū nr̄m atqȝ fidelem pn̄tiuȝ ex
hibitorem noſtro noie pleniſſime infor-
matū occaſione cuiuſdam edicti aucto-
ritate sereniſſimi noſtri principis ſuper
feudis recenter emanantis rogantes pce
validiori qua poſſumus ⁊ valem⁹/qua
tenus illi in dicendis audientia: et fide
pſtitis/ipam vniuerſitatē humilē filiā p
fati pricipis nr̄i:atqȝ nos ꝑ prudētiſſias
ꝓbitates vr̄as ita ꝓtegere dignemini: vt
rōne predicti edicti priuilegiis ſuis:⁊ in
dultis:atqȝ nobis minime deroget nunc
aut in futurum. Quo nobis placitū ſin
gulaꝛ facietis:eoqȝ magis nos obnixos
ad vr̄a queqȝ vota ꝯſtituetis. Valete vi
ri egregii ꝓſperatione felici. Datū Lo-
uanii ſub ſigillo nr̄o rectorie Anno mil
leſimo quadringenteſi° ſeptuage° primo
menſis ianuarii die ſexta.

¶ Epiſtola vniuerſitatis ad can-
cellarium brabātie ꝓ eodem.

¶ Epiſtola.ccxxvi·

¶ Precellētiſſime vir:magnifice dñe:
amiceqȝ noſter cariſſime. Notitia illa p
habita qua nobis inuicem ꝯfauere tene
mur ſpeȝ nobis ꝯtulit:et auſuȝ:et fideȝ
ꝙ ad vr̄aȝ pſonā nobis cariſſimā ſuꝑ oc
currentibus nr̄is acceſſum hērem⁹ ꝑni-
orē. Cūqȝ intellexim⁹ vir egregie quod
dā eſſe autoritate illuſtriſſimi pricipis
noſtri ſuper feudis publicatum edictuȝ
quo plurimum ſuppoſitis noſtris dero-
gatum iri timemus/niſi bonis conſiliis:
atqȝ prudentiis ſit occurſuȝ: Pro q° nc̄

noſtros fidos mittimꝰ atqꝫ dilectos/vt
in conſilio brabantie noſtras apperiant
requeſtas/cui digniſſime cãcellariatus
dignitate preſidetis. Vos igit̃/quẽ alũ-
num precipuũ noſtrum ⁊ ſcimus ⁊ eſſe
gaudemus diligentiſſima prece rogamꝰ
quatenꝰ rem noſtrã fauorabili promo-
tione:aſſiſtentiaqꝫ condebita dignemini
ſuſcipere cõmiſſam. atqꝫ eam vbi labi
ceperit brachio dextro tam potenter/ꝗ̃
prudẽter ſtantem:⁊ rectã cõſeruare/ vt
ei parte ex om̃i tutiſſime ſit proſpectum
Valete feliciter:⁊ vt optamus.

¶ Scribit particularis amicꝰ ad
cancellarium pro eodem.
¶ Epiſtola.ccxxvii.

¶ Miſerũt nuper ad vos preſtãtiſſime
dñe:domini deputati noſtre vniuerſita-
tis litteras/ quarũ votis dum per vos
parce cõceſſum iudicaret: ſtatuiſſentqꝫ
rurſus/⁊ quidẽ intimius ad vos ſcribe
re/mox a me petunt vt ſuis litteris ad
vos mittẽdis etiam:ac etiã meas adiũ-
gam/quod ideo dictũ velim ne exiſtime
tis ꝙ fatuitas mea que alioquin ĩmenſa
eſt/me ad vos ſcribere in hac cauſa cõ
citet/ quaſi putem ꝙ arenule cõcederet̃
quod monti negatũ eſt:vel quaſi veniaꝫ
mari additurus guttulã:vel ſolem facu
la adiuturus. Vos tamẽ michi parcite
ſi facere cogor qđ negare nec poſſum:
nec audeo. Non modũ video quo eua-
dam/etiã ſi me ciclopũ abderem antro/
quotiens vniuerſitatis noſtre littere ad
vos mittãtur/quin vel mee ſint comites
Effecit hoc bonitas in me veſtra/ꝙ qſ-
qꝫ putat amiciciarũ veſtrarũ ditiſſimaꝫ
venã michi ſemꝑ apertam: nec precibꝰ
meis vos tẽporis vnꝗ̃ obditurũ peſſu-
lum. Rogo igit̃ ſi quid littere mee poſ-
ſint:vel excitando.vel lacuendo taliter ĩ
hac cauſa facite/ vt quod ſepe putatuꝫ
eſt ſcitum fiat/ vel ſi ſepe ſcitum ſit/ia-
miam etiã confirmetur. Valete felicit̃.
Ex Louanio raptim alata manu: pẽna
tis digitis: calamo ſine freno currente.

¶ Reſpondet cancellarius priua
te ꝑſone ſuper precedentibus.
¶ Epiſtola.ccxxviii.

¶ Plurimas larga menſura ſalutes.
Non potuit paule tuis litteris fauor in
te meus augeri: qui ſtetit in ſũmo. Di-
cas vniuerſitati/ꝙ pro eius negotio cõ-
ficiendo omnẽ meã curam polliceor ſine
vlla exceptione:aut laboris aut occupa
tionis:aut temporis: Sed eius deſiderii
impletionẽ cum hac exceptione quantũ
valeam:quantũqꝫ poſſim. Vale paule.
Te ſanum tene:te ſerua iocundum.

¶ Nepos nepoti excuſans ſe ſuꝑ
poſtulato ex eo in quadam re
conſilio. ¶ Epiſtola.ccxxix.

¶ Plurimã cõmendationis: ſalutiſqꝫ
preſtantiam. Nichil tantopere deſidero
cariſſime nepos/ꝗ̃ tibi per me compla-
citum iri/qui omniũ primꝰ te vltro ſem
per ad mea deſideria/ ne obtuliſti ſolũ/
ſed alios ſi opus fuit excitaſti. Ita mi-
chi deos om̃s ꝓpicios velim/nichil mi-
chi durum fore quod iubebis/ad quod
etiam preter meritum me traheret linea
parentele. Sed hoc indignum reor/ꝙ
meum iudicium paſtulas: ⁊ conſilium/
qui in nulla re plantam tuam adequa-
rem frondibus/quo non aliter michi fa
cere videris/ ꝗ̃ ſi lepores alto ſub equo
re:vel ſub vndis ignem quereres. Vna
queqꝫ res ſuis locis:ſuiſqꝫ ſedibꝰ eſt q̃-
renda. Sed in hoc tamen tuum affectũ
metior non effectum. Nimis me eſti-
mas:nimis tribuis.nimis extollis/ſi eñ

ab alio ſcriberetur illudit crederem: at q3 rideri. Sed certum nūc habeo ꝙ lr̄e tue de puriſſima quidē parte animi tui prodeunt nec fallūt/ vtinā non fallerentur. Diu cōpertiſſimū habui/ te michil mei amātius eſſe/ et michil cōſilio tuo ꝑſtantius. Quare non auſim tuo ſplen/dori vmbrā meā adiicere/ ſ3 taceo qm̄ ſi ego ad te laudat⁹ laudare te cepero/ vereor ne non tam proferre iudiciū meum q̄ referre grā3 videar. S3 vt ad rē redeā michil eſt ꝙ de hac re in dexteram aurē fiducia mei dormias/ quo tn̄ potentia3 non voluntatem accuſabis. Nam nul/lum onus quod viriū mea⁊ eſſet pro te effugerē: etiam aīam ſub faſce daturus Vale in eo qui ventis ocia mandat.

¶ Scribit auunculus ad nepotē arguēs eu3: ⁊ fratres/ ꝙ inſatiabiles ſint/ quibus ſubuentiōes negat.

¶ Epiſtola.ccxxx.

¶ Amicas amico corde ſalutes. Dedi/ſti ad me litteras multas aliquem ſemꝑ defectū pre ſe ferentes/ iam deeſt veſtis iam arma: iam equus. Fratres tui ad aliam michi aurem pendent. oms̄ clamatis: et petitis nuſq̄ michi requies. Et ꝙ indigni⁹ fero/ vos oms̄ catto⁊ more q̄tomagis dimulcemini/ tanto altius caudam leuatis/ quos niſi quis de⁹ nouos recuderit ois fuerit dom⁹ melior/ q̄ a vobis remotior. Tu tanto faſtu inflaris/ vt quaſi cōſumptus in fumū euaneſcas Si primo verbo non aſſequeris/ quod optas/ mox nares contrahes: rugabis frontem: leuabis ceruicem. facieq3 iam pallore veſties: iam rubore confundes: et vocem oris in ſano repente clamore mutabis. Plano igitur verbo peto ꝙ me āmodo miſſū facias. Nō ſu3 in ſpe3natus omniū: nec ad omnium vota coactus: qui vir michi ſatis ſum. Tagus hyſpaniam preter fluit: pactolus aſiam qui duo fluuii aureas harenas habere dicuntur: huc eundem: huc tibi migrandum eſt/ qui tanto ſemper auro egeas/ nam qd̄ a me petis ad te nō ibit. Quod potui feci: et quia id nunq̄ ſufficit/ que/re aliunde quod ſufficit. Video me ſa/tis diu de meo ſinu confouiſſe. Vale ꝑ meritis. es enim vnus omnium ingratiſſimus.

¶ Commendatur magiſtro ſcolaris ad ſui ſeruitium.

¶ Epiſtola.ccxxxi.

¶ Salutes letiſſimo ſole letiores. Ha/beo domi iuuenem tui ſeruitii appeten/tiſſimum: aſpectu gratū: litteris eruditū hicariſſima indole clarū: quodq3 ſuper oīa ꝓcioſum eſt integra fide et ſingulari bonitate preſtantē/ qui corpus hab3 natura ſolidū. multa exercitatione dura/tū/ qui a teneris annis virtuti incubuit ad iram tardus: et verus in verbo/ quē dum noſſe ceperis: et amare ſil̄ incipies et mirari. Valde ſeruilis eſt. obediens: et humilis cui⁹ virtus tanta eſt vt cum oibus queat de omni genere laudis ꝯtē/dere/ ꝙ ſi lapides loqui poſſent in eius laudem linguas ſoluerent/ quē ſi in ſer/uitorē accepis/ n̄ philochthetes herchculi carior erat: nec chiron achilli. Nā ſimilis eſt amare ſimilē: oiſq3 ꝓbus af/ficitur ꝓbis: nec virtus pōt nō placere virtuti/ verū pl⁹ dixero fore ſpo/ ꝙ magis eum amabis: q̄ pithoū theſeus: aut hoſterē pilades. Nam is ore tullius eſt paris in facie: pirusq3 vigore. S3 neſcio an oberit/ ꝙman⁹ iā cū diſcendi ardor ī uaſit. Nichil eīn niſi libros ſcolas et magiſtros cogitat. In hoc vnū ſollicitos agit dies: et noctes inſōnes/ quē ſi te cōtigerit famlū admittere tue erit bōitatis ſuo fauere ꝓpoſito: opēq3 ferre tā iuſtiſ deſideriis. Et ſi qd inde dāni tuo acce/dat ſuitio/ fuerit tibi ī ꝑmiū oḃntis mer

ces eterna/quā tibi largiri dignetur ille
qui poteſt.

¶ Reſponſio ad epl'am p̄cedentē
¶ Epiſtola:ccxxxii.

¶ Salutes multā caritate fulgentes.
Laudaſti vir optime quē ad me famu/
lum miſiſti:audiui etiā te et priores lau
dauiſſe:ſed potuit forte tibi vel pruden
tia vt bonos faceres. vel fortuna vt in/
uenires preſtitiſſe. Michi fateor acte/
nus neutrū conceſſuꝫ eſt cū vtriuſqꝫ tm̄
ſtudiū michi ſp̱ fuerit. Ego bonū ſeruū
nunq̄ vidi. quero tm̄/qui ſi caſu aliquo
obuius michi fuerit:velut occurſu bici
pitis hoīs obſtupeſcaꝫ. Neſcio an in te
ceciderit antiquū ꝓuerbiū/plus eqͦ lau
dat/qui vult venales extrudere merces
Ab eo tempore quo mecū fuit tertiꝰ iaꝫ
menſis agitur/qui non tam mea p̄cepta
q̄ ſue veſtis nitorem curauit/ ne aduen
ticie ſordis quid recipiat:vel impreſſas
plicas colliſa remittat/cui etiam metꝰ
ſemper multus adeſt/ne dato ordine ca
pillus effluat:ne quoqꝫ ꝯplicitos coma
rum globos leuis aura cōfundat. Sepē
capillorum gerit auribus. et oculis im/
portunā:ſemp̱qꝫ illi pendent longiſſimi
ab intonſo vertice crines ſtudet placere
mulierū oculis:et maxime illis/quibus
diſplicere lucro eſſet:et decori. Nunq̄
is ſpeculo in cōſulto in publicū prodit.
In illo ſe comere:ſe ornare:ſe ſpectare
vultū crineſqꝫ cōponere ſtudet. In pre
cioqꝫ habet feminecos mores: cunctaqꝫ
muliebria vſqꝫ adeo ſectatur/ vt cuꝫ eū
in lucem natura produceret/viſa ſit do
micellam cogitaſſe. In veſtibus ſump/
tuoſior eſt/q̄ vel mos/ paternus:vel di
gnitas ſuoꝝ maiorū:vꝉ ſua facultas ex
poſtulet/qui ſuis voluptatibus nō me/
is vacat obſequiis. Finē do/ne ſim ver
boſior ne dicam tedioſior. Remittam il
lum ad te quē/ſi bonum ſeruitorē effe/
ceris tu palmaꝫ adeptus coronatus in/
cedas:et bene valeas.

¶ Scribitur ad prioreꝫ monaſte
rii ne quendam in donatum ad
mitat. ¶ Epiſtola .ccxxxiii.

¶ Salutes amiciſſimo cultu fecundas
Aures aduſqꝫ meas delatum eſt religi/
oſiſſime dn̄e filium curati inſtare vehe/
menter vt in donatum monaſterii tui ſit
receptus. Itaqꝫ rogatū me fecit/ꝙ euꝫ
tibi cōmendatum efficerem quo ſibi pa/
tronus tam ad rē:et opitulator adeſſes
Sed volens ego veritati ſeruire:non ro
ganti/conſulo ab eo te quo leuius po/
tes abſolue. Nam ſi eum in paucam lo/
quelam admiſeris:nunq̄ a collo ꝓpul/
leris. qui millies retruſus:millies aggre
di non veretur:nūq̄ illo fictioreꝫ hypo
critam vidiſti/cui dum loqueris loqui/
tur lubiniſſiꝰ ſe declinabit. et genua fle
tet:inclinatoqꝫ in terram capite ambu
lans humilitatem profitetur:lento ſer/
mone:tenuiqꝫ voce ad omne verbū ſu/
ſpirat:gaudet fictis ſanctitatis laudibꝰ
predicari:et neglecta veritate meriti de
ſola curat opinione/qui ſi ſe leui ſermo
ne offenſum videt/continuo attollit ſu
percilium mentum leuabit:mox pallet:
mox eſtuat:mox vultum rubore confū/
dit:et magnā trementibus labris impa/
tientiam pectoris oſtendit/quem vnico
verbo ita mutaueris:vt exiguo momen
to nō agnoſcas eundē/cui prope plura
ſunt mendatia/q̄ verba vt non videat
tam eſca q̄ mendatio viuere. Nulliꝰ ſe
creti tenax eſt. clauem oris iamdiu ami/
ſit/quem non dignū iudico :qui locum
tuis in ſedibus inueniret. Facilius canē
ab vncto corio terrebis q̄ eum a cipho
depuleris: Nullus eſt eo ſus immūdior
non vulpes fraudulentior:nec amat ali
quem:nec amatur ab vllo. Libidini ita
incūbit/quaſi non de libidine/ſed de glo

ria ſit certamen. Minuire cupit more e/
quorū ſi mulierem viderit/qui ad inglu
uiem crapulatur nō doctus fabā pytha
gore: nec olus horatii edere. Plura in
hac re loquerer/niſi occupatio ingens:
et breue tempus adeſſent. Uale q̄ȝ que/
as optare felicius.

¶ Alia ep̄la ad idē alius mediis.
¶ Epiſtola. ccxxxiiii.

¶ Salutes tempore non caſuras vllo.
Quod hunc virū de quo mecū nunci⁹
tuus multa verba fecit in domum tuaȝ
ambigis ſuſcipeꝛ/nihil facis a tuis mo
ribus alienū. Bene in agendis delibera
re ſapientuȝ eſt/quorū extra numerum
nemo te ponit. Sed q° certior fias/ ha/
buit is manus pice linitas: et ſemper a/
duncas/ vel quaſi aqua lotas plantagi/
nis: eiuſqȝ vi ꝯtractas: ac coriū cerneres
cadentibus prunis appoſitū. Nichil cui
q̄ȝ ꝓprium exiſtimat/ſed putat ꝯmunia
cunt/cuius viſceribus mollitis fracta ī
lachrymas verba diſſudant: Sed vale:
cogor epiſtolam claudere:papirūqʒ ⁊ o
culos a lachrymis abſtergere.

¶ Rn̄ſio ad ep̄lam precedentem.

¶ Epiſtola. cclxxv.

¶ Ea quam mihi vellem ſalute premiſ
ſa. Recepi litteras tuas vir optime/ do
loris non vacuas:amoris plenas/ qui-
bus inſpectis mox mixtꝰ lachrimis/do
lor mihi incaluit/vbi nepotulus tuus:
qui dum ſui patris corporis pulcherri-
ma liniamenta exprimit:non eiꝰ virtutē
nec animi eius imaginem pre ſe ferre di
gnatur/ſed honoris ꝓprii ꝓdigus om̄i
pudore depulſo a virtute pedem retra-
xit /indulſit vitiis:hiſqʒ induruit: atqʒ
adeo vt eius prēm virū grandeuū/mul
ta maieſtate venerandū grauiter offen-
derit:ſuāqʒ caſtigationē/nō excuſatōe/
ſed fuga vitauit/quo euʒ magis ſuſpi-
cor metu vel alioꝝ ſuaſu /ꝗ̄ proprio ni
ſu errauiſſe. Habet effugiē oculis tam
gratam/vt vel celo elapſus vel deoꝝ ſe
mine natus appareat. Nam in eiꝰ aſpe-
ctu/nō tam humani ꝗ̄ diuini ſpecimen
decoris effulget. Non ſolent vitia tā de
cora ſede locari/dolebit ſenex:ſi iuueniſ
a vitiis ceptis pedem non retrahat. Eſt
michi ſuſpitio ꝙ aliquo in loco lateat/
qđ per famulos meos hac nocte ſcruta
ri faciam. Luna eniʒ iam pernox eſt/ꝗ̄
gratum obſequiū preſtabit euntibus
Scio quid petas/qđ pr̄ optat dabo ope
ram amborum votis congruam: Vale.
longior eſſem ſed ſomnus fur oculi gra
uidum michi caput effecit.

¶ Scribit auunculus filio profu-
go inducens vt redeat:

¶ Epiſtola. cclxxvi.

¶ Salutis pium deſiderium loco ſalu-
tis. Fili neſcio vnde incipiam:quid pri-
mum:quid vltimū dicā:an bona cōme-
morem que pdidiſti:an mala defleam/
que meruiſti. Obediens eras: diligens
eras :parentibuſqʒ cariſſimꝰ eras:et cū
totiens dico eras/neceſſe eſt vt totiens
ingemiſcas/qui non iam es qui fueras:
ſed paras tuis parentibus noctes vigi-
liis:et anxietate ꝑliras/qui te vnicum
eis filium ad cor vſqʒ adeo diligunt vt
teipſum hēant ꝓprio ſanguine cariorem
ac nocte:dieqʒ laborem nullum fugiūt:

non frigus :nõn eſtum quo te ab inopia futura preſeruent:et certe quo felicior fuiſti :q̄ tibi natura tales parentes contulit/eo miſerior atq̃ indignior eis/qui tua culpa eorum fauores demereris. Mater enim tua tuã fugam agnoſcẽs pre graui dolore capillos vulſit: pectus percuſſit.digitoſq̃ contorſit/mens illi refugit/vt putarent aſtantes ei diem illuxiſſe ſupremum. Tu matri tue primũ pondus fuiſti :deinde dolor:et timor Memineris queſo quot ei ſomnos:quot cibos:quotq̃ iocos tuis flectibus abruperis:quot ei anxietates pepereris. Nulla maior ingratitudo eſt/q̄ que in matrem cõmittitur. Si hec te fili non moueant adamãtina corda motura.ſed maneat tibi cor ſaxeum/quo tanta materna ſolatia in te ſuaui amore cõgeſta nõ deſinas rebellione compenſare. Aſpice iuſti dei flagella/non vt longe diſtantia ſed vt mox futura/iamiamq̃ preſentia. Tu igitur redi et in parentum ſinu recũbe. A radice enĩ ſeiunctus ramus emoritur /quod niſi feceris:tibi tã q̄ inutili arbori imminent ſecuris:et ignis. His deniq̃ lectis poſthabitis oĩbus ad me properando feſtina.dabo modum:et ordinem /quibus parentum gratiam tuo honore aſſequaris:ꝛ noli rem in ſinu poſitam contemnere. Nam ſi parentes tuos offendere non deſinas.et eos aliquãdo tua culpa ꝑdideris/ habebis donec viuas nocte.dieq̃ ſummũ dolorem erroris tui in pectore teſtem. Tunc primũ parentes noſces/cum perdideris. Tũc patrem:tunc matrem:tunc mutatã domum:mutatam familiam flebis:et fruſtra cõcuties pectora palmis:et ſero penitere incipies:dum nõ erit penitudinis locus. Sed vale.incaluit calamus/qui curſu furit:et ſiſtere neſcit.

Iterum auunculus filio profugo in aliam formam.

Epiſtola .cclxxvii.

Melior e q̄ paras fruere ſalute. Scias care adoleſcẽs amicos omnes tuos a te auerſos eſſe:neq̃ vllam rerũ tuarum velle deinceps curam agere. Ego adhuc reſto/quẽ/vt video a tuo amore extrudes/ſi aures claudere:et oculos vt cepiſti auertere pergas. Tibi enim adhuc :non tuis moribus ſum amicus/qui te viliter proiicis ad alia natus: Nam ſi verum auribus hauſi/in te inualuit pompa.luxus et vanitas omnis. Vix enim muſtum es/dum corrũperis in acetum. Loqui cogor ne taciturnitas mea indulgẽtia reputetur.mallem tamen potius vt tibi tua conſcientia /q̄ meus ſermo pudorem incuteret. Satis enim ingenii habes /quo ſordes tuas videas/non tamen diluis vias tortuoſas tuas agnoſcis/nec deſeris:impẽdeſq̃ periculum non metuere non potes :nec declinas: Quo queſo fili euaſit parentum reuerẽtia:vbi lex nature:vbi timor dei/qui ſic diſſides a teipſo:ꝛ qui te ſocietatibus immiſces periculo plenis. Sperne rogo illos quorum exemplo gloriaris:illoſq̃ fuge/vt ſyllam: a tuo quoq̃ aditu prohibeas quos vides in tanta vitioꝝ exuberantia collapſos/ vt inter virtutem et vitium diſcrimen nullum faciant. Quod niſi facias/tandem tibi rubiginem affricabunt/quam vix vnq̄ vllo poſt tẽpore poteris diluere.at exitum tandem flebis qui prohemia nõ ſenſiſti:et que iuuenis tam ꝑtinaciter agis ſenex cum rubore recordaberis. Non heſito/quin ſcias luce clarius recta eſſe:que ſcribo/ſed nimium vereor ne affectuũ impetus te cogat ſeq peior. Hoc tñ ſcripſiſſe iuuat/vt ſi i erro

re tuo perſtabis/ego in te meo officio p fungar: nec omittere potui/quin amicas tuas aures: amico ſermone pulſarē/ nō q̄dē tam blando/ q̄ȝ verace/nec tam cō poſito/q̄ȝ fideli/quē ſi ruga ta fronte cō tempſeris: tuosq̄ȝ parentes cōtinuis do loribus cōtorſeris: meli⁹ foret (ſit venia dicto) te prius tellus ima dehiſceret: ab ſorberetq̄ȝ. Sed facito melius: valetoq̄ȝ felicius.

Reſponſio profugi filii ad ſuū auunculū. Epiſtola.cclxxviii.

Humilima cōmendatiōe humilimo corde premiſſa. Non video quib⁹ ver bis auūcule dilectiſſime īmenſam animi leticiam exprimere poſſim. Tantum em̄ michi veſtris ex litteris gaudiū ſubortū eſt: tantusq̄ȝ letitie ſplendor infulſit/ vt om̄ia verba frigidiora videant̄. Habe rem certe oculos nō modo velatos/ſed prorſus erutos/ſi veſtris conſiliis oblu ctari preſumerem tanta ratione funda tis. Dabo operā mox nebulā vite mee taliter abluere/vt matrē meam/que me geſtauit in vtero: me peperit ſuo lacte nutriuit maiori gaudio perfundā/q̄ȝ vn q̄ȝ fuerit ex me dolore concuſſa: ſocieta temq̄ȝ illam/quā ſum cupidius q̄ȝ pru dentius imitatus abiitio: fugio: nego: ab nuo: reſpuo: cathenāq̄ȝ rumpo/quā ipſe michi contexui. Jam clare video ſoci os meos canibus ſimiles/qui os diligūt vt extrahant ſuccum: vel his/qui lanaȝ in ouibus querunt: non ſalutem qui mi ro quodam applauſu me viſi ſunt exco lere/quoꝝ amor iiſdem gradib⁹ cū me is denariis ambulauit: tātoq̄ȝ remiſſior quāto pecunia numero minor/vt cū vl timo denario etiā ipſius amoris euane ſceret vltimus gradus. Jam lapſū meū agnoſco dolens: ꝛ gemens/qui nūq̄ȝ po tui lachrimas perferre parentū. Nouit de nat deus vita meam vſq̄ȝ ad illa perdu ci tempora/quibus hec tractem quo do loribus rapti funeri forent ꝓpiores/ſed me vel tellus: vt littere tue ſonare vidē tur/optem prius ima dehiſcat/vl' cyclo pum fulmine cadā. Clare ſentio veſtra eruditione inſtructus/q̄ȝtum parētes a mare: ꝛ venerari oporteat. Vos autem vt cepiſtis mihi aſſiſtite. Nulla em̄ ſpes ſalutis: nullū michi preſidiū aliunde ſu pereſt. Opto feliciſſime valeatis: opem q̄ȝ feratis/qui ſpem dediſtis.

Vt filium promoueat ad ali quod beneficium: Ep̄la.cclxxix

Plurime ſalutis largam affluentiaȝ Cogunt me vir egregie filii tui mores: eiusq̄ȝ vite integritas in ipſius fauorem ad te nūc litteras dare rogans/vt in p motionē alicuius beneficii paternū ſibi fauorem non abeſſe ſentiat/qui ob alia multa q̄ȝ q̄ tibi filius ſit/a te mereť car⁹ haberi/qui adoleſcentie primitias ita in ſtituit/vt om̄s ſue etatis iuuenes eū pro duce colant: obſeruent/qui fax eſſe vide tur/a quo om̄s lumen accipiūt. Nemo eum antecedere poteſt: quiſq̄ȝ eo habeť honeſtior/ quo tergo ſuo ꝓpior eſt. vix crediderit quiſpiā tantam ingenii lucem tantam indolis placentiam: tantū facū die ſplendorem tam tenere etati incide re poſſe. Jocundus adeo eſt: vt facetiis ſuis riſum lugentibus euocaret. Mul ta paterna in ſe habet nō futurus vnq̄ȝ tuarū virtutum ſepultor: quas gerit cor de: ꝛ fronte depictas: eritq̄ȝ tibi ipſe ſe nectutis tue baculus: ꝛ paterni nominis ſeruator: ꝛ autor. Vale. Prolixior eſſeȝ niſi iam nox abſtraheret lumina celo.

Reſponſum ad predictam. Epiſtola.cclxxx.

¶ Salutem in auctore ſalutis. Filium meum extollere conaris multo ſtudio/ nō pari iudicio/quez ſi minus amares/ plus fidei apud me littere tue mererent. Amor cecus iudex eſt. Non eñ tam rebus fallimur/ꝙ rerū apparentiis. Certū habeo ꝙ bene de filio exiſtimas meo cui oīa aſcribis vir orte virtutis/quo certe pro virtute effigiē: pro re ſimulachrū laudas. Bone indolis eſſe videtur ſed frontis ei⁹ nulla fides. virtutem/ vt ſcopulū fugit. Non tam apis taxū odit: nō tam baculū canis: vel balnea cattus ꝙ hic librorꝫ hoſtis eſt/quē ſi quis arguat/mille excuſationū diuerticula quereret vt pulchro pallio crimē obūbret. Vultum ſuū ad nutū variat/vt qn̄qꝫ nō idē ſed ſui degener videat. facies agnū monſtrat/ſed (vt Perſii verbū eſt) ſeruat in pectore vulpem. Raro ſibi vultus cum aīo coit/raro lingua conſonat ori. Tu his vitiis mox occurre. Diſcat aliū vite callem te magiſtro. Nam nichil duco turpius ficto: nichilqꝫ fedius ſimulato. Vale: omiaqꝫ facito mea cauſa/vt conſueſti ſemper amice: ⁊ diligenter

¶ Querela rare ſcriptionis.

¶ Epiſtola.cclxxxi.

¶ Sinceram amiciciam loco ſalutis. Habet me admiratio multa/ quid ſibi velit tam diuturna litterarū tuarū i me abſtinentia/cum vetus noſtra coniūctio noſterqꝫ priſtinus amor frequētiores expoſtulet. Neſcio quis torpor amoris: ꝗ digitorꝫ paraliſis te inuaſerit/vt litterulaz ne vnicā ex te excutere poſſim/quia tamen vtriqꝫ morbo confricatio ꝓdeſt/ iamdiu ſtatui te mearū litterarū frequētia cōtinuo: blandoqꝫ tactu cōfricare/ vt tandem aromatū more ſpiramia reddas/que lentius odorem ſpirant/ ſi non trita fuerint. Magnes forti⁹ trahit ferrum ſi teratur: maiorana: atqꝫ lauendula digitis cōtrectate odores flagrātius fundunt. Tu ergo/ſi me amas/ hāc ſcribendi ſegniciem exue: teqꝫ litterarū frequentiorē exhibe: ⁊ ſi que ex te merui: ſi digna precor: ſi me tua exiſtimas amicicia nō in indignū/rogo ne deſinas michi tuū ſtatum pſcribere: ſtudeasqꝫ vetuſti noſtri amoris cineres exuoluere: inuenies ſpero adhuc aliquā viuentem ſcintillulā tui vt creberrime ſcribas excitatricem/quod ſi michi pſtiteris/ꝙ maxime tuis iuſſibus delectabor. Sed vale: longius ſcribendo ꝓlapſus ſum/ ꝙ tarditas tēporis: vel feſtinantia poſtulauit

¶ Intimatur amico/ne quē propoſuerat comitē capiat itineris ad ſanctā terram/quia garrulus ⁊ mendax eſt.

¶ Epiſtola.cclxxxii.

¶ Salutes nō pauciores/ ꝙ gignit eſtas ariſtas. Audio ꝓpoſuiſſe te cordialis amice terram ſanctā deuotionis gratia viſitare: ⁊ aſſumere pro ſocio villici filium/ſed vt te libere: tuteqꝫ alloquar accede ꝓpius/ ne qua externa auris interueniat: intereaqꝫ michi ad oſtiū oculus erit/ne quis inſperato irrumpat. Ille/quē itinerationis tue comitē delegiſti vir prorſus agreſtis ⁊ īſulſus ē/ qui inē canes male tutus ābularet/ ſi tā lepus/ ꝙ fatu⁹ videret: q tot⁹ ex mēdaciis pendet: ⁊ ex ficticiis cōfectus ē. Animū tuū īducas/nichil illi credere/quē tā infeſtū aurib⁹ ſenties/vt facile tibi quieti⁹ eſſe indicatur⁹ eſſes/vel eū lingua: vel [illegible] aurib⁹ caruiſſe. Certū ē tanto pectoris ſono mīme rn̄dere virtutē. Nam picas: ⁊ gracculos ſua garrulitate ſupat nichil iudicio digerēs: nullā tenēs ligue menſurā. alti eñ flatus ē/ qui more follis plenis buccis aerē trahit: ⁊ efflat/quo molendina moturū putares. Vale longeue ſane: plaudenter. Has dum ſcribo non

querūt digiti:ſed volitauit calamus nō
aliter/ꝙ̄ ei velum ſuper infixū eſſet ven
to proſpero agitatum.

¶ Intimatur breuis viſitatio a/
mici:⁊ leta confabulatio.
¶ Epiſtola.cclxxxiii.

¶ Immenſas cū fauoris ardore ſalu/
tes. Aderit breui tēpus/ qđ nos vnū in
locū miſceat. Statui em̄ his paſchalibꝰ
videre te. Ita dico niſi vel tibi citius:vł
fortune ſerius placuerit. Mlta me diu
ligatum tenuerūt/quo minus te viſitare
potuerim/ſed iam funē ſoluā: rumpam
moras:cuncta retiacula frangā. Longi
orem ꝓtractionē ferre nō poſſum:vror:
ardeo:crucior. Te ꝑceleriter viſitare in
tendo/ vt refrigeriū prebeas/ qui hanc
flāmam ꝓuocaſti. Tūc vocem voci iū/
gemus/⁊ dexteram dextre:eritqꝫ tūc no
bis noſtroꝝ euentuū vltro:citroqꝫ iocū
da recitatio/quo nobis tūc dies breuiſſi
mi videbūtur/etiā ſi eſtiuis ſolibꝰ ꝓten
dantur tūc(vt oratius clamat) bibendū
tūc pede libero pulſanda tellus:crathe/
risqꝫ magnis vina coronaſſe iuuabit:e/
roqꝫ tibi coheſurus diutius/quo adue/
nero tardius:amiciſſimoqꝫ ſermone lō.
gas horas cōſumpturꝰ/vt mora reſtitu
at qđ neceſſitas abſtulit. Ex Louanio
tanta feſtināntia vt facile putares/ ſi me
has ſcribere ꝑſpexiſſes:digitos meos in
pedes lepoꝝ eſſe cōuerſos. Vale phila/
riter:⁊ quidē gaudētior muſcis ī melle.

¶ Ad petitionē amici ſtatū ſuum:
fratriſqꝫ ſui notū facit amico.
¶ Epiſtola.cclxxxiiii.

¶ Salutes felicibꝰ votis onuſtas. Or
ſemꝑ inquiris cariſſime vir/quid frater
quid ego:quid vnus: quid alter: vel ꝗd
ambo molliamur. Hinc his pauculis
dabo reſponſum. Frater meus viuit ru

ri beatus/ qui(vt Oratii verbū eſt)pa/
terna rura bobus exercet ſuis: proſpe/
ctatqꝫ errantes greges ſuos in valle:qñ
qꝫ ramos arboꝝ amputat: felicioreſqꝫ
inſerit. Modo libet ei iacere ſub anti/
qua ilice:modo in tenaci gramine: que/
rit aliquādo in ſiluis aues tendens retia
⁊ dolos apris:⁊ turdis edacibus. Iam
pauidū leporē fugat:iam aduenā gruez
laqueo captat: ſic vagatur quotidie la/
tis in campis peruſtus ſolibꝰ:⁊ letꝰ do/
mū rediens: ſemꝑ comedit dapes inem/
ptas/ in quē illud Virgilii cadit. Felix
heus nimiū felix bona ſi ſua norint agri
cole. Nam nulla ſub ſole occupatio a/
lia magis eidem cōducit/qui tanta ver/
boꝝ anguſtia cōtractus eſt/vt ſi verbuz
vnū:vel duo ſubduxeris elinguis fiat:⁊
quauis ſtatua taciturnior. Ita/vt eum
marmoreū putes:⁊ in auditorio Pitha
gore:aut monachoꝝ clauſtro nō tam v/
ſum/ꝙ̄ neceſſitatē ſilētii didiciſſe/quod
ſilentiū in capiendis auibus perualde cō
uenit/ad quam capturā inſtar argi cen/
tum ferentis oculos diligentiſſimus eſt
Libros a tergo relinquit. Nam ſtudere
apud eum:torqueri eſt:ſuppliciūqꝫ loco
liber eſt. Ego autē venationis loco in/
terdū poeſim video/ quo poſſim facilíꝰ
diſpendia vite cōpenſare/more laboran
tium/qui qñqꝫ cantilenis ſolent tedia ꝓ
pulſare:⁊ itinerantiū/quibꝰ via brevior
videť/ ſi labor fabulis ſubleueť. Vale
ſanus:⁊ fatis viue ſecundis.

¶ Rogatur amicus vt mittať per
eum ſcriptor peritus amico
¶ Epiſtola.cclxxxv.

¶ Salutes om̄i deſiderabili gratiores.
Proſpicias michi rogo amice cariſſi/
me de ſcriptore bono. de bonitate nō ſo
lum artis loquor/ſed fidei/qui non me/
cum agat vt ille eſtate peracta qui mul

ta incepit:perfecit nichil.Plurimoꝝ il/
le verboꝝ erat: ⁊ pꝛomiſſionū maxima
tuba/ſed omne pꝛomiſſum in voce per/
manſit/qui vbicūqꝫ loci eum conuenio
nō ſecus a meo aſpectu fugit/ꝙ̄ ſi baſi/
liſcum aſpiceret.Uolo michi Aulunge
liū bonis litteris ad gratiam pꝛotractis
mendis caſtigatis exſcribi/quē nec ven/
ditione.neqꝫ cōmodato vel longo tēpo/
re aſſequi valeo.Hac igitur epiſtola vi
ſa quaſi pignoꝛe facito ad me bonꝰ ſcri/
ptoꝛ accedat/cui vt ratio ſuaſerit pꝛe/
miū dabo.Plurimūqꝫ rogo/ne diffe/
ras:ne quoqꝫ omitas/vt te potius excu
ſandū tarditatis/ꝙ̄ laudandū feſtinatio
nis efficias.Parcito tamen ſi fuero/ꝙ̄
equū eſt audentioꝛ.Nichil em̄ eſt/quod
magni amoꝛis ſibi conſcius animꝰ non
audeat pꝛeſumere.Ceterū poſt vltimas
litteras nichil accidit quod tua ītereſſe
arbitrer.pꝛeter incredibile deſideriū me/
um viſendi tui/quod in dies magis: ac
magis augeſcit.hoc autē me leuare tui
eſt officii.Si quid ex me vis pꝛecipito.
Tuis votis parere michi certe volup/
tas eſt:⁊ nullū imponere pondus.Uale
in eo:qui moꝛtis vincula rūpit.Ex bꝛu/
xella iunii quinta eo mane/quo noctem
fugauerat auroꝛa conſurgens.

¶ Epiſtola conſalatoꝛia.
¶ Epiſtola.cclxxxvi.

¶ Salutes:⁊ pluſꝙ̄ ſalutes/ſi quid vſꝙ̄
eſt/quod iis plus eſt.Accepi litteras tu
as planctu plenas diſertiſſime vir/qui/
bus rumoꝛem ad te veniſſe declaras/ꝙ
frater tuus in oppido ſuo cū aliis cōci/
uibus obſidione hoſtiū ſit circūſeptus/
vt nulla illi ſalutis ſpes relicta videat.
Nunc rogo dilectiſſime vir timoꝛē exue
Peſſimus ſemp in dubio augur: eſt ti/
moꝛ.ꝙ̄ ſepe vbi timoꝛis magis ē/illic
periculi minus eſt.In bellis em̄ fallax
eſt ſpes:⁊ fallax ē timoꝛ/vbi fere nichil
ex pꝛemeditato vel agitur: vel accidit/
ſed eunt omia inopine.Non igit̄ deſpes
queſo.Nemo ſcit quid pꝛeſidii foꝛtuna
pꝛebebit.Finis cuiuſqꝫ rei incertus eſt.
Non em̄ de nichilo hoc nomē finis grā
matici dubii generis poſuere.Uale vir
fama ingens/ſed re quidē ingentioꝛ.Ex
Louanio nouembꝛis ſexta volatim in/
ſtar auis/que(vt Uirgilii verbo vtar)
raptim ſecat aera pēnis.Latoꝛ harum
quiddam ſecreti tibi deuelaturus ē meo
nomīe/cuius verbis nudus ſic credere
potes.ac ſi mille foꝛent ei appenſa ſigil/
la.quodcūqꝫ dixerit iuratum putabis.

¶ Intimat amicus amico/ꝙ ſe/
quenti die ſecum ſuo in reditu
pꝛanſurus ſit. ¶ Epiſtola.cclxxxvii.

¶ Uini optimi letiſſimos hauſtus ꝓ
ſalute/que ſalutatio in buccam cadit/
quam iam ſitis inhabitat.Dum nunc
curru vectus vir oꝛnatiſſime domū tu/
am tranſitu aſpicio/mox ſaltu feſtino
velut ad littus fracta puppe confugerē
de curru deſcendo:celeriqꝫ curſu domū
tuam peto/ad cuius foꝛes pulſo:et cla/
mito parumper tecum loquendi auidiſ/
ſimus/ſed dum vicini te in eccleſia eſſe
nunciarent/fecit partim impatientia ve
ctoꝛis: partimqꝫ diſtantia ne illic te ſe/
querer:partim quoqꝫ ꝙ inculta fui: ru/
ſticanaqꝫ veſte contectus/in qua te ſolo
coꝛam comparere nō foꝛmidabo:parui
curans/qualis extrinſecus tibi videar/
qui a longo apertum:ac nudum animū
cognouiſti.Sed dum clamoꝛe vectoꝛis
ſocietatiſqꝫ rurſus cogoꝛ currum aſcē/
dere/ecce inopine ſcolaris occurrit cu/
ius ex coꝛio calamū peto:hancqꝫ pꝛeca
rio papirū nactꝰ has tibi dādas reliquo

quibus certior fias/ꝙ cras rediens te/cum pranſurus ſim/niſi vel deo: vel for/tune: vel tibi ſecus placuerit. Interea vale fauſtus: et fruere votis: neqꝫ vnꝙ rogatū iouem inueneris ſurdum.

¶ Filius ad patrem pro ſubuen/tione vt libros emat.

¶ Epiſtola.cclxxxviii.

¶ Humillimam obedientiam loco ſa lutis. Cōmeōratio veſtre et quidem vl/tronee ſponſionis metuendiſſime pater omni cyrographo mihi efficacioris: cūc toqꝫ pignore certioris intrepidam mihi afflauit rogandi fiduciam/vt michi de/narios per tutum: et celerē nunciū mit tere dignemini/quibus michi libros va leaꝫ cōparare. Clare enim nouiſtis op/time pater qualiter anni eant( Ouidio teſte) more fluētis aque: nec ꝗ ꝑterit ite/rum reuocabitur vnda/ſic hec indulta ſtudio tempora fluxu cōtinuo decurrūt abſqꝫ refluxu/que tempora nequeo in profectuꝫ meū inflectere ſtante non mo do michi penuria/ſed omnimoda libro rum carentia/que me facit ſcientiarum dulci: optatoqꝫ fructu carere. Si enim Caſſiodoro credimus: larga manus in/genia nutrit. Veſtre igitur bonitatis e/rit acquieſcere iam meis neceſſariis: iu/ſtiſqꝫ deſideriis/quo pectori meo ſcien/tiarum ſitibundo vberem refectionē de deritis/et quidem vtilem gratam: et ſa/lutarem: ⁊ quo tandem pater optime tā dem inuenerit Tantalus vndas. Non enim debent ſtudentiuꝫ ſumpt⁹ inter cō ſumpta/ſed veluti quedam ſemina cen tupli fructus cōputari. Dignetur altiſ/ſimus vos feliciſſime conſeruare. Ex lo uanio curſim: et confidenter/corde tam̄ meo multa ſpe multoqꝫ affectu titillan te.

¶ Reſponſio patris ꝙ filio neǵat ſubuenire ex cōditione temporis

¶ Epiſtola.cclxxxix.

¶ Saluus: et bonus eſto. Vidi litteras tuas atqꝫ eas preter expoſuit michi fili intercurſor nuncius indigentiis te mul/tis ſubeſſe: atqꝫ te mirari/quid ſibi ve/lit hec temporis mora/qua tibi( vt ais) nichil: ac nihil miſſum eſt/ſed talia cer te nunc fili ſunt tempora/vt cōducat te ori tuo ſilentiū dare: ⁊ frenū deſideriis: ac opulentiorem fortunā expectare. Nā vt ſatis audire potuiſti/huius anni a/groꝝ cultura: pratoꝝ ſectio: putatioqꝫ vinearū: et quod egrius ferri ſolet/duꝫ iam his omnibus labor eſſet impenſus: ex inclemētia celi male reſponderūt poſ ſeſſori: nec erunt hec omnia vel omni/bus: vex armentis hoc anno paſtuꝫ pre bitura. Hinc compati cogeris parentū damnis fratrumqꝫ tuoꝝ: ſororūqꝫ egen tiis. Parce igitur: atqꝫ ſobrie tibi ad tē pus viuendum eſt/donec ſydera nobis illuxerint feliciora/quod breui cōcedat ille qui poteſt. Vale: ſalutes plurimas tuis magiſtris meo nomine annunciens et ſi deus votis annūciat meis ad te me cito futurū expecta.

¶ Conqueritur pater de dura cor rectione filii

¶ Epiſtola.ccxc.

¶ Salutes plurimas auro: gēmiſqꝫ or/natas: vel alio quodā: ſi quid his precio ſius eaſdem poterit venuſtare. Inueni filiū in hac paucula mora venerāde ma giſter/qua iam domi mee fuit habere a nimū formidoloſo quodam pauore de/iectum/vt vix oculum leuare: vel ver/bum auſit exprimere. Si quis eum ac/cedit propius: mox caput retrahit: cu/bitūqꝫ leuat/quo conari videtur vt ca put a verbere ſaluet/qui in ſomnio ſepe clamitat: veniamqꝫ rogat/nō aliter/ac ſi virgis duriter ipſe vapularet. Dixit michi mater: ipſuꝫ ſub veſte habere cu

bitūq3 leuat/quo conari videt̃ vt caput
a verbere ſaluet/ q in ſōnio ſepe clami/
tat:veniāq3 rogat/non alit̃/ac ſi virgis
duriter ipſe vapularet. Dixit michi ma
ter:ipſū ſub veſte habere cutē macram
groſſis vibicib⁹ informē. Rogo igr̃ ma
giſter optime/ꝙ ipſū dulcius formes:et
molli⁹ alas:neq3 eūdē virgis:vel minis
corrigas:nec vtcūq3 vapulare pmittas.
Mitis ipſe ingenii eſt:dulciſq3 nature.
Deſperant em̄(vt inqt quītilian⁹)plerūq3
pueri:ꝛ dolēt: ꝛ nouiſſime oderūt: ꝛ qđ
maxie nocet dū oīa timēt/nichil conāt̃.
Nā vt frondib⁹ teneris ruſtici falcē nō
adhibēt/eo ꝙ reformidare ferrū videret̃
ꝛ nūdū cicatricē pati poſſe/ ita teneros
ānos nō tā virga terreri/ꝗ̄ iocunditate
demulceri oportet. Videm⁹ em̄ ſepiſſi/
me inter man⁹ ceſoꝝ lapides frangi/dū
quadrāter/ ſi fortaſſe nimio īpetu qua/
dratoꝛ icuſſerit. Vale ſub leto ſydere/
vt tu⁹ honor:tua virtus: tua merita po
ſcunt.

Reſponſio ad epl'am preſcriptā

Epiſtola.ccxci.

Salutē:ꝛ ſi quid ſalute grati⁹ poterit
cogitari. Deus ꝗ̄ vellē optime vir tuū
filiū alienis oculis aſpiceres/qui eundē
dulcis nature:mitiſq3 īgenii deſcripſi/
ſti/ qui alioꝝ iudicio:cū ſit aliis multis
viciis īquinatus/tū inobediētia ē oīm
prim⁹.quē/vt tua pace dixerim/a vici/
is ſatietas qn̄q3 retraxit: nūꝗ̄ volūtas.
Sed precepta magiſtroꝝ vel cōtumaci
temeritate cōtēnit:vel vbi incipit/ibi de
ficit. Scis em̄ ꝙ ignis male accēſus/ci/
to extinguit̃:Et equ⁹ mane deficiēs:par
uā dietā cōficit. Si ei dur⁹ magiſter ſim
durus ꝛ ipſe diſcipulus eſt. Dura duris
efficacius leniūtur. Sepe medici molli/
oris difformio ē cicatrix. Grauioribus
morbi grauiora remedia adhibent̃ Me
dicus ſepe ledendo:ſanitatē cōfert:nō ſi
ne murmure patientis/qui amara qn̄q3
pocula miſtrat/que nō ſine frontis rugo
ſitate ſorbent̃. Obſcuritas in auro erit/
niſi addiderit flāma fulgorē. Si em̄ pa/
ter es/nō que mulceant/ſed que proſint
cogitabis/ne qui ſibi plumis mollior eē
conaris/durior ſaxis fias. Quo tandē
pro meritis tuā ſenectā pditis morb⁹ in/
quietet. Si virge ceſſarint:mox malicia
que nūc latet in lucē erūpet:creſcentq3 ſi
bi vicioꝝ incēdia/quoꝝ flāmas nō faci
le extixeris/ſi paululū pceſſerint: Quid
factu opus ſit tecum metipſo cogita/ne
tue prudētie ipſe oblit⁹ videaris. Dum
colloqui dabit̃ tibi mlt'a deuelabo/que
nō auſim papyro:aut nūcio: aut cōmen
dare calamo. Vale. ſit tibi leta.ſitq3 ho/
neſta:ꝛ ſera ſenectus. Dum hec ſcribo
manus volat ocior auſtro.

Rn̄ſio ad certas lr̄as hic nō in/
ſertas de glioſo poeta.

Epiſtola.ccxcii.

Salutes numero incalculabiles. Le
gi oīa iocūdiſſime frat̃/ que michi tuis
in litteris cōſignaſti multa iocūditate:at
q3 vix riſui finē faciēs eaſdē iterū iterū
q3 relegi. Lōgo iā tēpore illū noui/cui⁹
dictis ī lr̄is meminiſti/cui⁹ mores/ſi pin
gere pgam/michi ſcribēti labor eſſet:ꝛ
tibi legenti faſtidiū. Hic em̄ noſter bi/
pes aſellus:ꝛ ſtatua marmorea ſuo ve/
ſano:plūbeoq3 capiti poeticā artem to/
tā aſcribit/nō aliter/ ac ſi totā poetria3
ebibiſſet liquefactā. Omnes em̄ oratores
poſt ſe facit:neq3 Tullio cederet ſi viue
ret:neq3 Virgilio palmā daret. tā ver/
bis abūdus ē vt q ſecū ſūt magis audire
ꝗ̄ loqui poſſint. Ipſe cicada ē/que vbi
tacta fuerit ſemel/nūꝗ̄ ſilet. Si parē ſi/
bi loquaculū īuenerit/iā piccas ī nemo
rib⁹:aut in paludib⁹ ranas audire puta
res. Judiciū propriū pluris facit: ꝗ̄ to/
tius orbis ſententiā. Plura de hac re

ſcriberem/ſi michi cū homie minus pi/
to iam res eſſet. Tibi autē oīe parū ſuf
ficit. Hec iocundo calamo ſcribo. Ri/
deret calamus ſi os hēret. Vale: pului/
nar me vocat: magna ps noctis effluxit
Habis me queſo tuo fratri cōmendatū
quē reſpiciat oro fortuna mitiori lumie
vl' ſi nō fortuna/ is qui fortune imperat
deus. Ex Colonia nō manu pigra mar
tij quita noctis creſcentibus vmbris

Inquiritur ſtatus amici: ꝛ de/
ſcribitur ꝓprius. Ep'la. ccxciij.

Immenſas largiſſimo corde ſalutes
Tu pre ceteris vir optime marie noſti
ꝙ in ſtudiis iam ipſe ꝯſenui/ vbi nichil
michi tēporis preterit vnq̄/ quo nō ſolli
citus ego de te: deqꝫ tuo ſtatu inquirerē
qualiter fortuna tecuꝫ: ꝛ qualiter tu cū
illa: quid ageres? vbi eſſes? quā viā vite
ſequereris? quid de progreſſu? quid de fi
ne diſponeres? cui te ſimilē exhiberes? O
culi mei te amicū abſentē anxie petunt/
quibus per abſentiā detrahit multum/
ſed aio nichil. Si aūt ex aduerſo petas
quid agā: quid moliar? viuo frater opti/
me ſorte cōtentus mea: q̄tum aimus o/
ptat habeo: nil vltra deſidero. Rogo em̄
deſideriū magnū: ꝛ aim quies cohabitāt
cū nichil plus torqueat/ q̄ ſperati carē/
tia. Habeo em̄ quo viuā: ꝛ q° forte me
lius: ſanctiusqꝫ carerē. Habeo vnde la
ſciuiā: habeo vbi habitē: quid edam: qd
bibam: quo vehar: quo tegar: vbi iaceā:
vbi ſpacier: quo delecter. Quid queſo
ſūmus pontifex: vel impator romanus
habet amplius. Magne diuitie nō diui
tem/ ſed occupatū faciunt: nō dn̄m/ ſed
cuſtodē. Neqꝫ em̄ preciū rerū quēq̄ di/
uitem facit/ ſed contentū. Semp em̄ que
rēdo: ꝛ inhiando cupiditas creſcit: ꝛ ſer
uitus: atqꝫ paupertas. Plura ſcribere
nequiui tetra iam nocte preuentus. Va
litudinē bonā habeto adamante ſolidio
rem. Si quid ex me velis/ tuū eſt preci/
pere: q̄ paratus futur⁹ ſim probādo cō/
diſces. Potius ſemp eſt re/ q̄ verbis a/
miciciā ſplēduiſſe. Ex pedagogio lilii in
louanio pēnata manu: alatoqꝫ calamo
mane/ dum ſol terris infundere incipet
ſpiramina lucis.

Tutores ſcolari ſtudenti Lo/
uanii in artibus/ qui petit adi/
re aliam vniuerſitatē. Ep'la. ccxciiij.

Saluti intendere loco ſalutis. Dedi/
ſti ad nos litteras cariſſime adoleſcens
ꝛ quidē plures/ quibus ſubnixe ꝑcaris
noſtrū cōſenſum/ quo aliā vniuerſitateꝫ
ſtudendi poteſtate a nobis tibi facta ad
ire velles/ qui noſtro iudicio non tam
ſcientiarū amore/ q̄ rei vana quadā no/
uitate moueri videris. Scimus iuuenū
aīos promptos eſſe ad motū: qui ſpergū
tur in oīa vota/ qui ſepe melius putant
quod peius eſt: optimūqꝫ/ qđ peſſimū.
Prima nā etas ſtimulos habet et fre/
nos habet vltima. Mens em̄ iuuenū va
ga eſt/ quietis impatiens: ꝛ rerū nouita
te letiſſima/ maxime eoꝝ iuuenū qui o/
ciis gaudent. Vanā em̄ ſemp dant ocia
mentē. Audimus te inerti ocio incūbere
itaqꝫ ſomnolentū eſſe/ vt vix te tuba vi/
gilem faceret: atqꝫ magiſtrum tuū te cre
berrime digito ſuo cōſignare/ quaſi futu
rū quiddā innuat nō tam verbis/ q̄ vir
gis complendū. Non videm⁹ quid aliđ
ſcriptis tuis coneris/ q̄ loco ſciētiarum
ꝛ virtutum ocia: ꝛ vana petere. Nichil
conſtante iuuene ſplendidius: nichil in/
conſtante fedius. Raro bene germinat
planta/ que ſepe transfertur: Proinde
tibi mandamus/ vt hanc tui transferen
di cupiditatem e mente tua pellas: litte/
riſqꝫ ſemper diligenter inſuda/ qui q̄/

nis ex natura tardior es/ frequēti tamē exercitatione acui poteris. valebit inge/niū vbi intenderis/quod profecto leuiꝰ feceris.ſi diem quotidie tuū ſcruteris: omniaq̄ facta:audita:dictaq̄ illiꝰ diei remetiaris/quo factis melior: dictis a/cutior: auditiſq̄ doctior fias. Bona tua/vt aliorū omniū/a precio ſolito de/cidunt. Debes igitur eſſe ad ſtudium a/lacrior: ⁊ in exponendo contractior/vt tantum virtuti addatur q̄ntum fortune ſit abſtractum. Valeto:itaq̄ facito/ ne ſi voces noſtras lucro intelligere cōtempſeris / tandem tuo damno intelligas. Fac letus omīa/ ne quid meſtus patia/ris.fac etiam volens: cupiendoq̄ quod cogeris/effeceris/ne cogaris. Nullum vtilius hac neceſſitate conſilium eſt.de/ſinet eſſe neceſſitas/ſi voluntas acceſſe/rit. Magiſtros tuos ama: bonos cole: ſcolares ceteros preteri: neq̄ cultos: ne/q̄ offenſos. Vale conſtans ſtudio intē/tus·omniq̄ pendentia mentis ſecluſa.

¶ Tutores ſtudenti Louanii ī legibus qui petit adire aliā vni/uerſitatem. ¶ Epiſtola.ccxcv.

¶ Cariſſime adoleſcens ſit lata dies:ſit plurima ſalus. Omnibus in litteris tu/is multa diligentia moliris aliam vni/uerſitatem adire legum ſtudendarū cauſa. Non facile capimus quid tibi Louanii deeſſe/ vbi ſcolares legum tibi cōſo/dales multos habes ingenio: ⁊ diligen/tia ſingulari:doctores quoq̄ ſcientia experientia:eloquentia conſpicuos. Niſi forte cupias a nobis eſſe diſtantius quo poſſis errare licentius. Nec inſtabilitas magnum argumentum eſt animi male ſe habentis. Vt enim egrū corpus tho/ro voluitur:nequitq̄ conſiſtere/ ſic eger animus variis affectibus agitat. Ma/le ſemper ſperatur de iuuene vario pro/prio ſenſui innitente. Sententia noſtra eſt/vt Louanii ſtudeas:⁊ maneas:⁊ tā/q̄ in tuto:ſalubriq̄ ſtudiorū portu iactis anchoris conquieſcas. Oppone igitur deſideriis tuis ſeras: et vectes: habeq̄ ſemper animū tuum/ vti decet: ⁊ opor/tet/conſiliis noſtris conformē. Quod ſi feceris:nos ſemper habebis tui amato/res:rerūq̄ tuarum vtiles:ac diligentes proſpectores:neq̄ vnq̄ amiciciarū fo/res apud nos occluſas habebis. Vale felix. valebiſq̄ certe felicius/ quo ſtu/debis intentius qui niſi ſatis profeceris nunq̄ tibi ingenium defuiſſe arbitrabi/mur/ſed curam:⁊ diligentiam/que ma/gis profectum tuum patulo corde con/ſpicimus/q̄ naufragus portum:vel fa/melicus eſcam.

¶ Inuectio iocoſa in amicum raro ſcribentem. ¶ Epl'a.ccxcvi.

¶ Salutes innumeras:atq̄ phēnes. Dū oīa mēte voluo::atq̄ reuoluo amice ꝑ/care:cōcipere nequeo/qd te detineat:ta/q̄ mutū faciat/vt oīno ſcribas nichil/ cui tamen tam cultus ſtili fluxus adeo promptus.atq̄ venuſtꝰ ē/vt iter ſcribētes primatū teneas quaſi papyrꝰ tibi ꝓ regia ſit·⁊ ꝓ ſceptro calamꝰ. De qͦ plura dicerē/niſi hoc amātis eſſet(plinio teſte)amatū nō onerare laudibꝰ. Fecit hͦ ſemꝑ leta viuacitas tua/ qui agilis ſpū plenꝰ es/ne qd iuris ī te habeat deſidia q̄q̄ tū nō viderim qͦ taciturnitatē tuā ꝓtegere poſſes. Nō enī eo clipeo quo ſolēt inertes: ⁊ ſegnes nichil habuiſſe qđ ſcriberes in tāto fluie nouitatū. Sed ti/meo ne oīa tibi eant īcōmoda/ q tempꝰ aliqđ apertū ad ſcribendū nō īueneris. Eſtas forte attramentum exſiccat: ip/ſumq̄ hyems in glaciem vertit. In vere autem nundum anſeres pennas dedere:reliquo forte tēpore paraliſant di/

giti/qui quãqꝫ ſtupent:atqꝫ rigeſcunt:vt
forte papyri mola rupta eſt: vel neſcio
an te aliquo flumine laueris/vbi omẽs
veteres amoris flãmulas extinxeris:
Cogor igitur exclamare illud poeticuꝫ
Quis deus oppoſuit noſtris ſua numi-
na votis. Sed omiſſo ioco facias rogo
muſas tecum redire in grãm:frequentiꝰ
quoqꝫ ſcribito. Multoꝝ eniꝫ litteras/q̃
ad me ſcribuntur ſemel dumtaxat lego
idqꝫ curſim tuas:aut nunq̃ꝫ ſatis legiſſe
videor:redeo iterum:atqꝫ iterũ nunc il-
lam:nunc iſtam ꝑticulam attingo et re-
peto:Egre illas e manibus emitto. facit
hoc placens ornatus:et minus placens
raritas. Vale cadatqꝫ in te poeticũ illð
Vixeris eternuꝫ extendens in ſecula no
men.

Rurſus iocoſa inuectio in eã-
dem ſententiam.

Epiſtola. cclxxxxvii.

Perhennes amicicias loco ſalutis
Abeo loco quo te michi abſentem ter
na iaꝫ tenuit eſtas cariſſime vir ex te re
cepi litterarum nihil/quo me habet ad
miratio grãdis/qui cum ad plures ſcri
bas hominis amiciſſimi/iſs oblitus.
Miror quidem vehementer litteris in
dandis michi magis:q̃ꝫ aliis iter clauſũ
eſſe. Pereant queſo interceptores litte
rarũ/ſi qui ſint eoſqꝫ deꝰ optimus:ma-
ximuſqꝫ radicitꝰ ꝑdat/idqꝫ propediem
qui me lrãrũ tuarũ priuãt iocundiſſimo
fructu:omni melle ſuauiore. Sꝫ certe ſi
tua mei paruipẽdentia hec intercapedo
litterarũ prouenerit/nõ poſſum nõ gau
dere/ita tibi ſecundas res eſſe/vt ne a-
miciſſimi quidem hominis recorderis.
Q̃ꝫ q̃ꝫ non parua ſit felicitatis pars vir a-
micus:neqꝫ teneat amicicia poſtremuꝫ
in humana felicitate locum. Sed ioco
omiſſo rogo te optime vir amiceqꝫ fidẽ
tiſſime per placidum amicicie nomẽ:ꝑ-
qꝫ id omne/quod in ea dulciſſimũ eſt/ſi
quid adhuc flãmule veteris amoris ſu
perſit:nec emortuus cinis eſt/ad me fre
quenter ſcribo. Nam id iuris littere in
me tue habẽt:ſempqꝫ habebunt/ꝙ ex
me longiores excutiant. Vale:vale ni-
chil plus/quia feſtinus. Ita nam cla-
mitat nuncius more impatiẽs/quaſi cu-
peret(vt apud Perſium eſt)pulmonem
rumpere ventis.

Excuſatio ſuper porrectis pre-
cibus pro contumace filio ad
patrem.

Epiſtola. cclxxxxviii.

Ingentes cordis ex fonte ſalutes:
Sentio/ꝙ moleſte fers amice dilecte/
ꝙ rurſus rogo pro filio/cuius pacem a
pud te ꝓ ſuis erratis iã frequẽter adep-
tus ſum. Putas enim ob recidiuaꝫ nec
locum precibus:nec venie relictum eſſe
Sed rogo patiaris in hoc vno me tibi
eadem mente repugnare/qua in omibꝰ
ſemper obſequi ꝯſueui. Venit ad me fi
lius tuus ſeſe ad pedes meos ſolotenus
proſtratũ faciens:fleuit:rogauit:fecitqꝫ
michi fidem penitentie vere/quẽ ideo e-
mandatuꝫ ſpero/qꝛ ſe ſentit deliquiſſe.
Dolor enim peccati primus ad veniam
gradus eſt. Iraſceris ſcio. iraſceris me
rito. Idqꝫ etiam ſcio amaſti iuuenẽ: et
ſpero amabis. Interim expedit/ꝙ exo-
rari te ſinas. Licebit rurſus iraſci:ſi rur
ſus delinquat:tuncqꝫ ꝙ iratus fueris ex
cuſatius facies. Remitte aliquid iuuen
tuti illius:remitte lachrymis. Addo ego
iam ꝓcibus ſuis etiã meas:tantoqꝫ cor-
dialiꝰ/q̃ꝫto ipſuꝫ acrius:ſeueriuſqꝫ cor
ripui. Vidimꝰ ſepe initia mala:fine clau
di optimo. Si bonis ſe miſceat:bona vi
deat:audiatqꝫ abibũt vitia ſucceſſione
virtutum. Errando quandoqꝫ diſcitur
ſepe enim error vnus dũ erraſſe puduit
ab erroribꝰ ꝓſeruauit: Pudor enĩ et ve

recundia ſcale ſunt ad reſipiſcētiā:et ſa/
lutem. Sꝫ quo meli⁹ agat diſtrictiſſime
illi minatus ſum/me nūq̄ȝ poſtea roga/
turū hoc illi quē terreri oportuit. tibi n̄
idem. Nā fortaſſe iteꝝ rogabo:iteꝝ im/
petrabo/ſit modo tale vt me rogare id
te p̄ſtare deceat. Vale:et ſi qd ex me ve/
lis/faciaȝ taȝ diligēter/q̄ȝ libenter.

¶ Reſponſio ad ep̄laȝ precedētē
¶ Epiſtola.ccic.

¶ Salutes innumeras amore puro co/
ruſcas. Facilius erroribus filii optime
vir ignoſcerē/ſi malā ſuā vitā in ꝯſuetu
dineȝ nō vertiſſet. Omis eniȝ error et ſi
grauis videatur dū naſcitur:leuis tn̄ pu
tatur dum in vſum venerit:et ſine metu
cōmittitur. Vnū vitiū:alterius ſp̄ cau/
ſa ē/ex q° mox aliud quaſi ſoboles prio
ris oritur /tandem ex hoc itur in plura
deterius. Quod aūt/vt ſcribis/ culpaȝ
agnoſcit/quid queſo peius in errāte ca
dere poſſit/q̄ȝ culpā agnoſcere:et n̄ dole
re: Irriſor eſt nō penitēs qui adhuc a/
git cuius ſe dicit penitere. Quid queſo
ꝓdeſt ſi lachrimas fundat gemit⁹ ſuſpi/
ria:queſtus:plangatqȝ qḋ geſſit nec de/
ſerit. Si eīn/ vt ſcribis erraſſe ſe cogno/
ſcit/iam ſibi reus:et iudex eſt/q cōmiſſa
dānat/ſed cōdēnata cōmittit. Certe ſi vi
te ſue rōeȝ a ſeipo oculis retroductis exi
gat:atqȝ fuerit rerū ſuarū arbiter equ⁹
facile ſeipſū dānauerit ipſe. Sꝫ eſto do/
leat nimbo tn̄ facili⁹ in vitia relabet̄/q
ſi quid boni ceperit:nō ꝯſiſtit. Tūc enim
oīa p̄dite ruūt/dū que vitia fuerūt:mo/
res fiūt Nec vere facile inducor/vt cre
daȝ:ꝙ errores bona mente fateat̄ ⁊ do/
leat. Sꝫ hꝫ neſcio qd paramēti ī lingua
quo verba voluere nouit:atqȝ euolue/
re:⁊ turpia fctā palliato ſermone ꝓtege
re:virtutes mentiri et vitia negare. Si
hieronimo credimus:cū defendit̄ culpa
geminat̄. Quis queſo vitioſior aut ꝓfi/
tens vitiū:aut mētiēs virtutē! Certe is
q etiā mēdatiū adiiciēs geminauit vitiū
Manifeſtam enim culpā negare augen
tis ē crimē nō diluētis. Vale ex inſulis
maii tercia ſummo mane oriente iā ſole
purgāteqȝ luce tenebras.

¶ Increpatio fratris ſup̄ icauto
modo mercandi.
¶ Epiſtola.ccc.

¶ Salutes ieſtimabili fauore fecūdas
Neſcio care frater quid audiam/ꝙ nu/
dinas vndiqȝ idefeſſe viſitas. incauteqȝ
mercaris :et qḋ egrius me hꝫ pluris ſe/
pe merces emis/q̄ȝ vendas quo facile ꝑ
ſpicit̄/non adeſſe tibi certā emēdi manū
nec ſatis agnoſcere te merciū dr̄as :vel
q̄ȝti vna queqȝ res tarāda ſit. Fertur ꝙ i
vinis:equis et alecibus multa breui ꝑ/
didiſti. Si in tuū ꝯſiliū prudētia admiſſa
eſſet:cautius ageres. Neqȝ tā multis ſil̄
tam quoqȝ magnis leui audatia te īgere
res. O frat̄ illḋ comicū ad oīa valet ne
qd nimis. Perualde timeo ne nō prius
lenitas incōſulte audatie tue ſedet̄/q̄ȝ ef
fectib⁹ in fauſtis caſtiget̄. Vno ſepe mo
mēto cadit/qḋ lōgo tp̄e ſtructū ē. Per
ditio leuiſſimi greſſus eſt tāte quidē ce/
leritatis:vt n̄ tā accurrat:q̄ȝ aduolꝫ. Lu
crū āt ꝓuidos aīos ſeq̄t lōga cogitatōe
ꝓductos. Quod egri⁹ aduenit tardiuſqȝ
gradit̄ more limacis. Si quid igit̄ ami/
cicia mea apud te ponderis hꝫ/te pauci
oribus implicabis. Tutior illa puppis
ē q̄ puo flumīe fert̄. Sꝫ forte ianis me⁹
labor ē. Nā acunabulis te non vidi aliū
neqȝ credo vſq̄ȝ gentiū artificē eſſe/q te
recudere:aut poſſit retexere/tn̄ in effica
ces meas lr̄as eſſe malui/q̄ȝ nullas poti
uſqȝ fruſtra me ſcripſiſſe/q̄ȝ p̄ incuriā ta
cuiſſe. Nō eīn moris mei eſt ſub duplici
tate ficto ſermone blāda dicere/q in frō
te et ligua aīm geſto/nec vnq̄ȝ aliud vo
ce.aliud geſſi pectore. Deus quorſum

hec. Furit in curſu penna quo in rē tuā
adeo celer ſibi curſus eſt. Vale corpore
ſanꝰ ſed aīo ſanior. Ex louanio ocius q̄ꝫ
imaginem ſpecula reddūt.

¶ Reſpōſio fratris ad preceden-
tem epiſtolam.

¶ Epiſtola.ccci.

¶ Ampliſſimas ad vota ſalutes. Dum
tuas lr̄as hūaniſſime frater tui in me a-
moris teſtes accepi/tantus michi beni-
uolentie cumulꝰ accreuit/ vt ſiſtere non
poſſeꝫ quī calamū alio feſtināte ad his
rn̄dendū inflecterē. Arguis em̄ me.⁊ qui
dem ex fraterni amoris intimo fonte/ꝙ
ſim/q̄ꝫ par eſt/mercādo leuior/emendo
qꝫ audentior ſꝫ tu certe frater ex aduer
ſo/vt tua pace libere loquar/que vt ſē
tio/ſemper fuiſti/q̄ꝫ par ē timidior/ qui
ab infantia adeo ſꝑ trepidꝰ extitiſti/vt/
ſi in aere nubecula oriat̄/mox diluuiuꝫ
timeas.ſi ventus ſuccreſcat/edificia ca-
ſura paueſcas. Scintillulam ſi videas/
ne pardeat vrbē:ſi tonitruū audias: ve-
reris me mūdi machina ruat. Bone fr̄
hūc timorē exue. Nihil tentat oīa for-
midans. Spreuit ſemꝑ fortuna timētes
Si quid ꝑdidi/ſuccedēt lucra ꝑditionis
plagas ſanatura. Oīm rerū viciſſitudo
eſt. Dabit deꝰ progreſſus votiuos et exi
tus fauſtos:atqꝫ felices. Opto valeas:
longaqꝫ in luſtra protrahas euuꝫ

¶ Suadetur amico canonico /vt
grauitate omiſſa ſe aliquādo lu
dis ingerat:⁊ letius viuat.

¶ Epiſtola.cccii.

¶ Salutes/quas tibi mens pleniſſi ma
geſtit nec calamꝰ pingere ſufficit:nec ꝓ-
mere lingua . Qr quotidie ad te nō ſcri
bo amice colēde/meoꝝ me moꝝ forſitā
putabis oblitū. Vas tn̄ nūc ad te datu
rus ſum/vt ex his ſicut ex pleriſqꝫ prio
ribus mentē meā ꝓſpicias:vtqꝫ etiā me
viuum ſcias:et ſoſpitē:tuiqꝫ maxie me-
morē:ne quoqꝫ ēt ignorēs meā ad te ſen
tentiam Nam ꝙ relictis lucris :reiectiſ
qꝫ curis ad quietem ita ſeceſſiſti /vt a-
nimo te retrahas ad ociuꝫ ſomno: atqꝫ
in ertie amicū/quod lucifugi ſectare ſo
lent minime laudo/qui tua camera pro
ſepulchro vteris:teqꝫ ipſum in ea viuē
tem infodis/quo facis tuā virtutē ſegni
cie langueſcere. Longe magis tibi con-
ducerem mentū erigere:caputqꝫ tuū lu
ci miſcere/q̄ꝫ ſic deliteſcere plumis:⁊ vm
bris . Plurimū tibi cōgrueret floridaꝫ
etatem agendi interdū venationi:vel ar
cīludio:aut pilaꝝ ludo operā dare/quo
naturam curis grauatā aliqn̄ releuares
Ita enim negociis humanis in omibꝰ
eunt res/vt ſi ludus ſemꝑ deſit quocun-
qꝫ negociū tractaris idipſum turbidum
relinquet. Neceſſe eſt aūt laborē ludis:
laboribuſqꝫ ludū moderari. Tu felix va
le et quidē oī bene valēte felicior. Si qd
ex me petere libeat/plena id fac fiducia
Non em̄ tā imū grauia petūt/q̄ꝫ ego tu-
is deſideriis ꝯplacere opto/ſed parce in
eptie:parce caracteri Nam hec indicibi
li celeritate perſcripſi. Amicicia etiā nō
eloquentiā petit :ſuppletqꝫ ſꝑ amor/qđ
negat facundia.

¶ Rn̄ſio ad preceden̄.

¶ Epiſtola.ccciii.

¶ Amicicias adamante ſolidiores. Ac-
cepi ego lr̄as tuas letiſſimo plauſu ſpec
tabilis dn̄e prc ceteris dilecte:ꝯſiliūqꝫ ſil̄
perlegi tuuꝫ:qđ ex intimo cordis ꝓgreſ
ſum eſt/quo luce clarius te video ſemꝑ
eſſe amicū meū nūq̄ꝫ tp̄is deſiturū. Id-
qꝫ diu michi ꝯpertiſſimū habui nichil
michi te eſſe humanius. Tuuꝫ igit̄ ꝯſi-
liū libēs audio:amplectarqꝫ libētiꝰ. Sꝫ
auribꝰ meis inflatū eſt/te pulchrā bali-
ſtam:eandēqꝫ fortē atqꝫ neruoſaꝫ in nū
dinis mitti ꝑcio ꝯparaſſe:dixiſſeqꝫ te eā
dem michi ꝓ precio dimiſſurā/ſi id ego

expoſcerez/qui tibi gratias tui fauoꝛis habeo /eaſdeq3 q̄maximas. Sed cum Plinio dico/id vt feceris nō peto frat quod tamē ſi me tacēte tua omnino ſpō te volueris/tam grate accepero:ac ſi cō cupiſcerē. Qꝫq̄ eniz ſagittare neſciā/ pul chꝛis tamē delectoꝛ in arcubus ſimilis pauoni/qui pulchꝛis plumaturis ꝓgau det:licet volare neſciat. Inter ludos tñ quos tuis litteris meminiſti arciludiuz me foꝛtiꝰ alicit/cū eiꝰ exercitatio mino rem coꝛpoꝛi intempiem inducit caloꝛis: et eſtus. Statuerūt canonici baſilice no ſtre/ne quis canonicoꝝ e gremio ſe in gerat arciludio. Sed idō me minus an git ſanctio illa/cū idem ſoleat tempꝰ ob ſeruantie :et ſtatutionis eſſe nec vnum altero longiꝰ. Non enim ſibille folium ē aut immutabile fatum/ quod in capitu lo cōcluditur. Sed vale:furit calamus parcito queſo. Epiſtolā claudo/ne cre ſcat in libꝛū.

¶ Conſulit amicus amico/ne vni uerſitate relicta ad patriam re deat.

¶ Epl̄a.ccciiii

¶ Salutes in celum vſq3 leuanteſ. Ve nit locum ad noſtrum his diebus ami ce ſincero mihi coꝛde dilecte/qui ſe me dicine doctoꝛem aſſeruit. Multa de ſe dixit creditu mira/ſ3 plurima de te/cui nō volui ego cōtradicere /ne ſi foꝛte aſ ſertionē ſuam pꝛobare poſſit:impuden ter me reſtituiſſe peniterz:aut ſi non poſſz etiam pꝛutenter tacuiſſe non noceret. Marū latoꝛ pꝛeſens fuit /qui viri ſpe ciem laudauit/ſed riſit ingeniū/cuiꝰine ptias dum vidiſſet non potuit cum Iu uenale non exclamare. En animā en mē tem cum qua dii nocte loquuntur. Ita q3 ſe extulit ac ſi cuz dīis nocturnos cō greſſus habuiſſz. Dixit enim te vniuerſi tate relicta ad patriam reditur ū/ quod ſi verū ſit/velim animi mei inſpiciendi ſe ram tibi aptam eſſe/quo facile colliges ſi mei ꝯmodi rōnem ducerē/ꝙ te maxi me hic eſſe vellem/ſed vnum illud ne ſcio gratuler ne tuo ad nos aduentui/ an timeam: vbi admirabilis quedaz ex pectatio tui eſt/non ꝙ verear ne tua vir tus opinioni hominū non reſpondeat/ ſed ne cum veneris/non habeas qđ me reris. Finem facio. fac valeas:idq3 ſignā tiſſime cura: vt ſi quid ſtudio demas vir tutibus addas.

¶ Reſponſio ad pꝛecedentem.

¶ Epiſtola.cccv.

¶ Salutes tibi amice ꝯfidētiſſime plu rimas dico/nō quidē modio(vt plautꝰ inqt neq3 trimodio) veꝝ ipſo pleno hoe reo. Litteras ego tuas ſuauiſſimas: et tui i me ſinceriſſimi amoꝛis pleniſſimas accepi et certe gaudio magno. Non eñ tam craſſe adhuc ſū ruſticitatis:nec taz ebetis ingenii/quin clare perſpiciaz / ꝙ verꝰ amoꝛ in hoc ꝯſiliū te euexit /qđ ſꝑ pꝛo firmo decreto tenebo:nec vnq̄3 dies dederit/ꝙ tuis ꝯſiliis aures obtundam: q in me ſemꝑ ꝓtuliſti ſincera piiſſimi pa tris officia/qͦ optimo iure cogoꝛ donec me terra ſupſtitē ferat:te ſꝑ vt pꝛēm ex colere: vt vite mgr̄m. Ceteꝝ audio frēm tuū ſenioꝛem moꝛtē ſic obiiſſe/vt q ma ne ſoſpes fuit/veſpere ſepultꝰ ſit:nec au ditū fuerat eum aliqua egritudine deti neri/cum repēte clamoꝛ ſuboꝛtus ē eū vita exceſſiſſe. Genus quidē moꝛtis fe liciſſimū eſt:ſi bene illi cū deo ſit/ſim mi nus miſerrimꝰ eſt trāſitꝰ Sed male mo ri nō potuit/qui bñ vixit. Nūq̄ vlla di es me amiciſſimo illi cineri:cariſſimeq3 aīe videbit ingratū/dū memoꝛ ipē mei: dū ſpūs hos reget artꝰ. Dent eius vm bꝛe tenuē:et ſine pondere terram ſuperi redolentia aromata:ſpirāteſq3 crocos/ perpetuas quoq3 violas:et roſas in vr na. Vale vita fretꝰ longū:et frat vita de functus eternū.

¶ Congratulatio ad amicū/ qui ducit vxoꝛem. ¶ Epl̄a.cccvi.

¶ Immenſas ingente affectu ſalutes. Cunctarū rerum fama relatrix colende preceptoꝛ/ que oīs curſoꝛes ātecedere cōſueuit meas fudit in aures te ſpōſalia cū nobili pulchꝛa:pudicaqꝫ virgine cōtraxiſſe/que ſua venuſta foꝛme dignitate:oꝛi ſpecie:moꝝqꝫ gratia nobilitatem ſui generis oſtentare compellit̄. Id certe ſūme laudo/quod cum ſūmo ex loco natus ſis/vt illuſtris ſobolis pater fias nō obſcuram: nō humilē/ ſed ex nobili genere oꝛnatiſſimā tibi vxoꝛem delegeris. Pluris tamē adhuc facio/ꝙ eā ſpōſam nactus ſis/que maioꝝ ſuoꝝ laudibus ſua virtute reſpōdeat/per quā certum eſt tibi magni ſplendoꝛis clariſſimū radiūꝫ illuxiſſe. Leteris igit̄ plauſu magno:⁊ mente iocunda:adſintqꝫ tuis nuptiis matrone pꝛimarie: virgines venuſtiſſime: ⁊ adoleſcentes fauſtū illū:atqꝫ feſtinū nuptiarū diē carminibꝰ celebꝛātes:atqꝫ choꝛeis valitudinē firmā habeto omīs tedii:omīs quoqꝫ cure victricem. Ex delft iunii pꝛima foꝛibꝰ clauſis opaca ob tempoꝛa noctis.

¶ Fit deteſtatio amico/qui anhelat vxoꝛē ducere. ¶ Epl̄a.cccvii.

¶ Decenti cū vrbanitate ſalutes. Ad aures vſqꝫ meas cariſſime vir rumoꝛ delatus eſt ꝙ tu clericus:atqꝫ vir doctꝰ alioquin pꝛudentiſſimꝰ amoꝛibus iā victus ſis:⁊ eouſqꝫ vaga quedā raptus libidine/vt te matrimonio dedicare pꝛetēdas/qui male ꝑpendis q̄ꝫ dulcis ſopoꝛ ſit in vacuo cubili/quo nichil mollius ē nichilqꝫ duriꝰ occupato. Rogo amice colende nichil inconſulte:nichil leuiter: nichilqꝫ pꝛecociter agas. Da ſpaciū:tenuēqꝫ moꝛam. Vale cuncta miniſtrat impetus ſtatius inquit:nec in pꝛomptis habeo quid aliud tibi dicam/q̄ꝫ ſi vxoꝛē ceperis:ꝙ paci valedixeris:atqꝫ quieti. Nam ſemꝑ moꝛtale duellū domi habebis:vinculaqꝫ ⁊ cōpedes ⁊ multos angores:ſomniqꝫ perpetuū exiliū/quid aliud tibi vxoꝛ erit/ q̄ꝫ ydolū quod colas? qđ adoꝛes:vnde totus pendeas:quod te noctibꝰ excitet:teqꝫ cogat longa oꝛdiri negotia:longasqꝫ curas texere/quo nō tā vxoꝛē/q̄ꝫ magiſtram cepiſſe videberis. Nullus tibi dies ibit ſine meſtis rumoꝛibus. Non negauero tamē/ꝙ vxoꝛe nichil ſit fida carius/ ſed pꝛofecto nichil ea rarius. Parcito queſo/ ſi audentius loqui me amoꝛ in te meus coegerit. Nā facile non dixerim/q̄ꝫtū michi animi vulnus dulcende vxoꝛis rumoꝛ influxerit. Sic loqui compelloꝛ. Continere nō poſſum me quin in ſinū ſecrete tuū eſtus pectoꝛis mei ꝓfundā ardoꝛ ſuadēte. Omnia em̄ eruptionem petunt/non aliter q̄ꝫ nouū muſtum ſpiraculo carens/ipſiꝰ vaſis ligūculas rūpit. Cuncta em̄ hec eo tēdunt/ne quid pꝛecipitanter agas. Frequentioꝛ em̄ currentibus/ q̄ꝫ reptantibꝰ lapſus ē. Vale:tempoꝛa mature viſurꝰ longa ſenecte.

¶ Vacillatio an potius dolendū q̄ꝫ gratulandum amico/qui duxit vxoꝛem. ¶ Epiſtola.cccviii.

¶ Multas amiciſſimo coꝛde ſalutes. Neſcio cariſſime vir triſtari potius:an gratulari debeam/ꝙ te ad matrimoniū contuliſti/quot quantas/quamve graues ſecum ferat curas/et mentis angores/noꝛunt/qui huiuſcemodi moleſtias ſunt experti. Quid queſo iuuat/ ꝙ ad hoꝛam gaudeas/vnde ſemper doleas:ſemelqꝫ leteris doliturus milleſies. Sed amoꝛ foꝛte velum oculis dedit:pedibus laqueum:alisqꝫ viſcum. Teipſum iam

